THE

WORKS

OF

SIR WILLIAM JONES.

WITH

THE LIFE OF THE AUTHOR,

BY

LORD TEIGNMOUTH.

IN THIRTEEN VOLUMES.

VOLUME VI.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK

LONDON:

PRINTED FOR JOHN STOCKDALE, PICCADILLY;
AND JOHN WALKER, PATERNOSTER-ROW.

1807.

Digitized by Google

Printed by T. DAVISON,
Whitefriars.

Digitized by Google

CONTENTS

TO

THE SIXTH VOLUME.

POESEOS ASIATICÆ COMMENTARIORUM LIBRI SEX, CUM APPENDICE; SUBJICITUR LIMON, SEU MISCELLANEORUM LIBER.

	PAGE
PROŒMIUM - - - - - -	v
CAPUT I.—Asiaticos ferè omnes Poeticæ impensiùs esse deditos - - - - - -	1
CAPUT II.—De Metris Asiaticis - -	22
CAPUT III.—De Idyllio Arabico - -	60
CAPUT IV.—De Carmine Persico - -	79
CAPUT V.—De Imaginibus Poeticis - -	98
CAPUT VI.—De Translatione - - -	118
CAPUT VII.—De Comparatione - -	140
CAPUT VIII.—De reliquis Figuris - -	156
CAPUT IX.—De arcanâ Poematum Significatione	173
CAPUT X.—De Elato dicendi genere - -	189
CAPUT XI.—De Venustate - - -	203
CAPUT XII.—De Poesi Heroicâ - -	219
CAPUT XIII.—De Poesi Funebri - -	242
CAPUT XIV.—De Poesi Morali - -	259
CAPUT XV.—De Poesi Amatoriâ - -	275

Digitized by Google

CONTENTS.

	PAGE
CAPUT XVI.—De Laudatione - - -	288
CAPUT XVII.—De Vituperatione - -	301
CAPUT XVIII.—De Descriptionibus - -	314
CAPUT XIX.—De variis Arabum, Persarum, ac Turcarum Poetis - - - -	329
CAPUT XX.—De Asiaticâ Dictione - -	338

APPENDIX.

Testamentum Morale, seu de Regum Officiis -	369
Arabs, sive de Poesi Anglorum Dialogus -	379
Gulielmi Jones Limon seu Miscellaneorum Liber	383

Digitized by Google

POESEOS ASIATICÆ

COMMENTARIORUM

LIBRI SEX,

CUM APPENDICE;

SUBJICITUR

LIMON,

SEU

MISCELLANEORUM LIBER.

Digitized by Google

Digitized by Google

FLORENTISSIMÆ

ACADEMIÆ OXONIENSI,

LITERARUM, ARTIUM, SCIENTIARUM, CULTRICI,
FAUTRICI, MAGISTRÆ,

ALMÆ MATRI SUÆ,

QUÆ

TAMDIU ACADEMIARUM OMNIUM ERIT ILLUSTRISSIMA,

QUAMDIU OMNIUM LIBERRIMA PERMANSERIT,

HOS

POESEOS ASIATICÆ COMMENTARIOS,

QUOS ADOLESCENS OLIM CONTEXUIT,

IN

ANIMI GRATISSIMI TESTIMONIUM,

D. D. D.

GULIELMUS JONES.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROŒMIUM.

CUM à Nicæâ deceſſiſſem, quâ in urbe ſeptem propè menſes fueram commoratus, et, totâ ferè peragratâ Galliâ, in Britanniam rediiſſem, nihil magis cupiebam, quàm annos complures alios in literarum humaniorum ſtudiis conſumere; ita enim fore putabam, ut ad publicas res obeundas, quas mea ſemper affectaverat ambitio, maturior aliquando poſſem ac paratior accedere: ſed hunc otii fructum vel fortuna, vel potiùs rerum humanarum omnium moderatrix, providentia, deſidiæ meæ largiri noluit; nam et ipſas literas, quibus à puero deditus fueram, ſubitò deſerere ſum coactus, et Ille, qui ſtudiorum meorum fuerat hortator atque adjutor, qui me, qualiſcunque eram, aut ſi quis eſſem omninò, inſtruxerat, erudierat, effinxerat, ROBERTUS SUMNER, primo anno poſt meum in patriam reditum, morte immaturâ extinctus eſt. Ac literas quidem politiores quibus cauſis adductus vel reliquerim vel certè intermiſerim, aptior erit exponendi locus, ſiquando rerum mearum commentarios perfecero, auctoribus uſus et multis et bonis, quo-

Digitized by Google

rum exemplis me defendam; ſed veniam mihi lector, ut ſpero, dabit, ſi nequeam à me impetrare, quin hoc loco viri doctiſſimi et familiariſſimi, cùm virtutes laudibus efferam, tum luctuoſum ſanè interitum juſto proſequar dolore. Fuit enim vir, ſi quiſquam alius, memorabilis, ingenioſus, integer, admirabili præditus indole, moribus perhumanis, exquiſitâ doctrinâ; facultatem porrò talem habuit et communicandi et docendi, qualem in nullo alio magiſtro cognoverim; hilaritatem denique ac ſuavitatem eam, ut incertum omnino ſit, amiciſne ſuis an diſcipulis eſſet jucundior: in literis egregiè verſatus eſt cùm Græcis tum Latinis, ac tametſi, velut alter Socrates, perpauca ipſe ſcripſerat, nemo tamen illo perſpicacior fuit et ſcientior in ſcriptorum omnium ſeu vitiis caſtigandis, ſeu comprobandis virtutibus; quòd ſi eum aut vitæ ratio aut fortuna benignior in forum ac ſenatum eduxiſſet, neque in ludo ſolùm et gymnaſio docendi munus ſuſcepiſſet, nemini profectò in eloquentiæ laude, quam ex omnibus terris una jam Britannia excolit, cederet ille faſceſque ſubmitteret; nam ſingulæ virtutes, quæ per ſe ipſæ oratorem commendant, in eo, ſi non perfectæ, admodum certè laudandæ fuerunt, vox canora, ſermo politus, oratio volubilis, lepos feſtivus, memoria ſingularis; oculi denique, vultus, actio, non hiſtrionis, ſed alterius pœnè Demoſthenis; ad ſummam, quemadmodum

Digitized by Google

ferè de Q. Roſcio dixit Cicero, cùm magiſter fuerit ejuſmodi, ut ſolus dignus videretur, qui pueros inſtitueret, tum orator erat ejuſmodi, ut ſolus dignus eſſe videretur, qui ampliſſimis in republicâ fungeretur officiis. Hujus ego nomen non in primis honorandum putem? Hunc non deſiderem? Ob hujus mortem non angar animo? Sed videndum eſt, ne noſtrâ impenſiùs cauſâ dolere videamur, quàm ob amici ac præceptoris noſtri acerbiſſimum interitum: quid enim ille moriens, reliquit aliud, quàm vitam fragilem, incertam, ærumnoſam, in quâ, præter virtutem et gloriam, nihil ſit, quod vir probus magno ſtudio expetere debeat? Nos, eo mortuo, et jucundiſſimâ ſtudiorum conjunctione privamur, et adjutorem amiſimus, cujus judicium ingenii juvenilis redundantiam reprimeret, vocis aut geſtûs vitia notaret, ſermonem perpoliret; et non ſolùm nos hortaretur ad ſcribendum, quem laborem ob infinitam difficultatem plerique omnes refugimus, ſed in ſcripta noſtra benevolè animadverteret, errores detegeret, fortaſſe etiam amicâ laudatione, quæ in optimo quoque animo vim habet ſummam, ad majora incenderet. In hoc ipſo opere, quod nunc edimus, quantùm deſideravimus tam eruditum illum atque urbanum cenſorem! etenim licèt ab illo ſemel et curſim ſit opus hoc perlectum, tamen ne verbulum quidem addidit; vix unam ſyllabam mutavit;

Digitized by Google

quæque in libri margine ipſius manu notantur, magis laudandi cauſâ ſcripta ſunt, quàm reprehendendi; ſtatuerat autem vir mei amantiſſimus totum volumen mecum ad examen accuratius revocare, quod ſi ei facere licuiſſet, multis fortaſſe mendis eſſet carituruin, cultius ſaltem et limatius in lucem prodiret. Levis tamen eſt jactura, libelli noſtri perfectio; cætera, quæ cum illo perierunt, non deſinam ſummo mœrore requirere, conſuetudinem, officia, conſilium; ſed, ut paullò ante dixi, noſtrum eſt id infortunium; nam et ipſe, ut confido, eſt feliciſſimus, et potiùs curas mortalium inanes miſericordiâ proſequitur, quàm aut laudes eorum aut dolorem requirit.

Nec verò ſola viri hujus amiſſio cauſa eſt, cur opus hoc meum, non, ut vellem, perpolitum, in manûs hominum perventurum ſit: aliæ ſunt cauſæ, quas operæ pretium erit pleniùs exponere. Primò, adoleſcentis opus fuit, annos nati vix unum et viginti, cujus adeò ingenium nondum maturitatem ſuam conſecutum eſt; deinde, argumentum ita varium fuit ac multiplex, ut, ſi plenè et copioſè tractaretur, tot pœnè requireret *annos*, quot in eo et inveniendo et diſponendo *menſes* impenderim; quid enim majus aut difficilius, quàm de ſingulis poeſeos Aſiaticæ generibus aptè differere, et è poetarum operibus, quorum eſt infinita multitudo, flores omnigenos atque elegantias libare?

Digitized by Google

Hoc aliquatenus præſtare ſum conatus; ſed, ut verum eloquar, mihi ipſi nec ſatisfeci, nec, ſi duplicaretur et tempus et labor, ſatisfacturum fuiſſe puto. Huc acceſſit codicum manu ſcriptorum paucitas; quo factum eſt, ut, ſi unum duntaxat ſuppeteret poematis cujuſpiam exemplar, et præſertim ſi deeſſet locorum obſcuriorum explicatio, verſûs quoſdam, librariorum incuriâ corruptos, vel minùs intelligerem, vel in ſenſum forſan alieniſſimum detorquerem; quo vitio me ſemper vacare non audeam dicere: ſufficiet me librum, ut potui, limaviſſe, et errores tantùm ferè caviſſe, quantum humanæ naturæ imbecillitas pateretur; nec profiteri vereor, me, ſi quid habuerim in arte poeticâ judicii, in commentarios hos contuliſſe. Poſtremò, ſine maximo otio, quo per tres annos omninò carui, et poſteà ſum magis carituri, fieri non potuit, ut ſingulas voces ac ſententias quaſi in trutinâ examinarem; et quoniam mihi Londini, à bibliothecis Academicis remoto, preli curam ſuſcipere commodum fuit, ad poematum Aſiaticorum ἀρχέτυπα, quæ negligentiùs aliquando Oxonii reſcripſeram, recurrere non potui, ſi qua in loco quovis à me citato mendæ ſuſpicio inciderit. Nolo igitur ſibi perſuadeat lector, me librum hunc tàm perfectum edere, quàm illum edidiſſe poſſem, ſi acceſſiſſet vel otium ad limandum uberius, vel aptior ad excudendum opportunitas: quòd

Digitized by Google

ſiquis in ſermonibus Aſiaticis eruditus errores fortè noſtros detexerit, noſque per literas benevolè monuerit, et illum nobis amiciſſimum putabimus, et, ſiquando alteram paraverimus commentariorum noſtrorum editionem, correctior liber in lucem perfectiorque prodibit.

Illud etiam addamus neceſſe eſt, verſûs Aſiaticos, qui in hoc libro ſolutâ oratione redduntur, non eo animo converſos eſſe, ut in ſermonibus Arabum ac Perſarum tyrones erudirent: itaque ſi quis, in his literis nondum imbutus, ſperaverit à meis verſionibus, locorum, qui citantur, σύνταξιν ordinemque grammaticum perſpicere, næ ille ſe turpiter falli videbit; non enim in hoc opere philologus, ſed criticus, non interpres, ſed poeta, eſſe volui; non quaſi in ludo pueros inſtituere, ſed cum viris undequaque doctis de poeſi in genere, ac ſpeciatim de Aſiaticâ, colloqui. Cùm igitur locum quemvis vel legendo obſervarem, vel meditando revocarem in memoriam, qui ad argumentum illuſtrandum accommodaretur, primò quid poeta vellet, haberetque in animo, quærebam, deinde quo modo id purè ac Latinè, ſi poſſem, ſin minùs, breviter ſimpliciterque redderem; parùm ſollicitus, ſi nomen nomini reſponderet, aut ſi juſta voculæ cujuſvis *Perſicæ* et *Arabicæ* ſignificatio, tanquam in verborum indice, notaretur: ad ſummam, res et ſententias, non verba, interpretari ſum conatus; quòd ſi vel

Digitized by Google

in ſententiis vel in verbis hallucinari mihi contigerit, veniam libenter dabunt, ob incredibilem rei difficultatem, politioris ingenii homines: cæterorum ſuffragiis facilè carere potero.

Aliud eſt porrò, quod hoc loco animadvertendum velim; quanquàm hujus ætatis lectoribus exquiſitum nimis ac longiùs petitum videbitur: illud volo dicere; ſi hujuſmodi opus de integro ſcribere inſtituiſſem, vitarem cùm omnes in libri margine notationes, tum in primis diverſorum ſermonum uno in libro concurſionem; quæ mirum eſt, quantum abſit ab elegantiâ, ideòque à Romanis et præcipuè à Cicerone, ſcriptorum elegantiſſimo, repudiata eſt; illi enim, utcunque Græcis literis eruditi fuerint, noluerunt tamen Græcos vel poetas vel philoſophos proprio ſermone loquentes citare: ſic variæ, quæ in commentariis noſtris inſeruntur linguæ, quantumvis ad philologorum gloriolam conferre exiſtimentur, inæqualem nimis et quaſi vermiculatam reddunt paginam; quo fit, non ſolùm ut minùs ſolutè ac volubiliter legatur, ſed ut viri elegantiores à legendo deterreantur, cùm horridius neſcio quid et inculcius in libro ſuſpicentur deliteſcere. Hortor itaque ſcriptores noſtros, ut lectorum uſui ac voluptati impenſiùs, quàm ſolent, conſulant; ut veteres illos dicendi magiſtros imitentur, qui artem oſtendere maluerunt, quàm ſeipſos oſtentare; ut denique ſimpliciter purèque ſcribant,

Digitized by Google

et literas seu Græcas seu Latinas, perinde ac si Græci essent aut Romani, tractare discant. Mea fuit hæc semper sententia; sed mos gerendus erat recentiorum scriptorum consuetudini, ab adolescentulo præsertim, qui non alios ducere, sed ipse ducem sequi, deberet.

Hæc lectoribus plerisque omnibus satisfactura esse confido; nec verò me fugit nonnullos homines, qui pertenues Gallorum libellos lectitare consueverint, totum hoc opus esse reprehensuros, quòd scilicet Latinè sit conscriptum, et præcipuè quòd Græcos quosdam versiculos ausus sim contexere. Grave crimen et vix ferendum! quod tamen haud vereor confiteri: fateor me sermone Latino esse usum, ut ab omnibus in Europâ gentibus legerer; fateor me librum versibus consperssisse, ut lectores varietate rerum allicerentur; fateor me in Latinis Horatii, Ovidii, Virgilii, Phædri, in Græcis, Theocriti, Anacreontis, Callimachi, *numeros* (vim et copiam non dico) imitatum fuisse, feliciter necne alii judicent; fateor denique, ut habeant quod multò magis reprehendant, Hebræa quædam nostra atque Arabica subjungi; Persica etiam, si jubeant, proferre possumus. Quòd si Galli, homines, ut scimus, delicatissimi, temeritatem hanc nostram excusare noluerint, illud pollicemur, nos, si quid aliud in posterum scripserimus, patriâ linguâ usuros esse, quam sedulò ediscant velim, si nostra legere cupiant;

Digitized by Google

quòd ſi *Dani*, *Ruſſi*, *Germani*, *Poloni*, *Hungari*, idem hoc factitaverint, profectò priùs caneſcemus, quàm tot ſermones difficiles ac diſſimiles didicerimus, cùm una folummodò nobis ſuffectura ſit, modò Latinè ſcribendi conſuetudo fautores invenerit, et *Romanorum* ſermo *reipublicæ*, ut dicitur, *literariæ* communis permanſerit. Ad alias linguas quod attinet, certè, ſi nihil præter utilitatem ſpectemus, non eſt omninò neceſſarium vel Græcè vel Arabicè ſcribere, cùm in ſubſelliis noſtris ac fori cancellis ne Demoſthenes quidem aut ipſe Mohammedes, ſi reviviſcerent, intelligerentur à populo; ſed cùm nihil ſit ad memoriam confirmandam aptius, aut ad linguas condiſcendas magis conferat, quàm ſtylum exercere, neſcio cur verſûs aut orationes, utcunque eæ ſint inutiles atque imperfectæ, in linguâ quâlibet contexere vetemur: epiſtolas nimirum ad doctiores in exteris regionibus viros mittere, perſæpè nobis uſu venit, quas ſatius eſt elegantes eſſe atque urbanas, quàm nudas et impolitas. Quid alii fecerint, neſcio; ego multa me Latinè ſcripſiſſe confiteor, multa Græcè, multa etiam Gallicè; nec vereor affirmare, ſiqua mihi ſit in linguis ediſcendis facilitas, ab hac eam exercitatione et profectam eſſe et promotam. Quæ cùm ita ſint, mirari ſatis nequeo, quare vir eruditus, *Erneſtus*, et ille, non minùs in geometriæ ac philoſophiæ ſtudiis, quam in literarum elegan-

Digitized by Google

tiis verſatus, *Alembertus*, tantoperè laborare videantur, nequis poſthac Græcè et Latinè poemata aut politioris doctrinæ libros contexat. Quo tandem ſermone uti debet is, qui poetico ſe ingenio inflammari ſentiat? Num Gallico? at ſermo ipſe à poeſi eſt alieniſſimus. Num Anglico? at in unâ tantùm inſulâ legetur, et uno fortaſſe ſeculo. Nec verò cuivis perſuadere velim, ut peregrinis ſermonibus uſque eò ſtudeat, donec linguæ obliviſcatur ſuæ, aut horas eas omnes, quas patria atque amici ſuo jure ſibi vindicant, adeò tenui atque umbratili ſtudio impendat; ſed interdum, varietatis aut honeſtæ relaxationis cauſâ, Latinum vel Græcum etiam carmen componere ſi quis rectè poſſit, cur irrideatur non video. Equidem *Alemberti* libellum, qui inſcribitur *de recentiorum ſcriptorum Latinitate*, bis terve perlegi, nec tamen in eo quidquam probatum inveni, niſi id, de quo nemo ſanus diſputaverit, *recentiores ſcilicet, cùm Latine ſcribant, non tam purè ac perfectè ſcribere, ac ſi M. Tullii et Virgilii temporibus Romæ floruiſſent, nec veterum nos linguarum elegantias æquè perſpicere ac ſi Romani eſſemus*; præclarum ſanè ἀξίωμα ſed vix dignum, quod tanto argumentorum apparatu probaretur! Sermonis Latini ſuavitatem non ſentimus, ut Romani; ſed ita tamen ſentimus, ut delectemur: cur ideò, cùm tantæ ſint in vitâ moleſtiæ, unâ hac delectatione careamus? Quod au-

Digitized by Google

tem afferit vir ingenioſiſſimus, ſe dubitare, an quiſquam è recentioribus philologis, quantum inter Virgilii et Lucani *numeros ac modulationem* interſit, ſentire poſſit; id à tanto viro dici mirabar, ab illo præſertim, qui tam bellum de Muſicâ ſcripſerit opuſculum, cùm nemo ſit, in Britanniâ nimirum, qui non tantam ſentiat inter Æneidis et Pharſaliæ verſûs diſcrepantiam, quantam inter molliſſimam puellæ Neapolitanæ cantionem, ac lacrymoſum fidicinæ Lutetianæ ululatum: ſed non mirabar ampliùs, cùm viderem ab eodem ſcriptore *Ruæi* neſcio cujus hexametros quoſdam citatos, quos *Virgilianos* ille putat, nos verò ne *Statianos* quidem. Non luctabimur tamen pluribus verbis; ſufficiet ſuam cuique ſententiam eſſe; nobis, noſtram: illud autem oramus; ut, quoniam ipſe *Alembertus* ab aliis magni nominis viris diſſentire ſolet, nos quoque à ſe, omninò ſine iracundiâ, ſed non ſine dolore, diſſentientes æquo animo patiatur.

Utrum verò Gallis aut Gallorum amatoribus opus hoc noſtrum ſit placiturum, ſolliciti parùm ſumus; dummodo civibus noſtris, et nobiliſſimæ, quæ nos aluit, *Academiæ*, in quorum honorem et cœpti ſunt et perfecti, labores noſtri arriſerint; quid enim aliud optamus, quàm ut illis jucunda ſint et utilia, quæ et adhuc perfecimus et facturi ſumus in poſterum? Illud dolet, quòd literis humanioribus cogimur

Digitized by Google

vale dicere: dolet autem? nonne potiùs lætari decet, eum nobis patere vitæ curſum, quo meliùs et efficaciùs oppreſſos levare, miſeris opitulari, tyrannidem avertere poterimus? Si enim quæratur, Ecquis hominum ſit *maximus?* Ille, inquam, qui *optimus:* ſi rurſùs interroger, Quis optimus hominum ſit? reſpondeam, Is, qui de humano genere ſit optimè meritus. Utrum verò per literarum ſtudia, per mutas artes, per molliores animi luſûs, de hominibus tam bene mereri poſſimus, quàm agendo, laborando, eloquendo, iſti viderint, qui ita ſe in ſtudiis abdunt, ut nihil inde ad patriam aut cives commodi perveniat: equidem haud puto. Satis jam in umbrâ proluſiſſe videor; nunc in pulverem atque aciem vocor. Quid de me fortuna ſtatuerit, ignoro; illud ſcio, nihil à me ardentiùs expeti, quàm, provectâ tandem ætate et excurſo ſpatio, ad Academiæ dilectiſſimos receſſûs, tanquam ad portum, confugere; ubi non inertiâ, quam natura mea haud patitur, ſed otio honeſto perfrui potero, et ſtudia hæc diù intermiſſa recolere, quæ me curriculum hoc forenſe, in quod ſum ſtatim ingreſſurus, ulteriùs proſequi non ſinit.

Digitized by Google

POESEOS ASIATICÆ

COMMENTARIORUM

PARS PRIMA.

CAPUT I.

Asiaticos ferè omnes Poeticæ impensiùs esse deditos.

INSTITUENTI mihi de Poesi Asiaticâ disserere, prima sese offert Hebræorum poesis, verbis splendida, sententiis magnifica, translationibus elata, compositione admirabilis, origine tandem, quod de nullâ aliâ dici potest, verè divina. Laudare tamen Vates illos Sanctissimos, &, quanta sit in eorum carminibus cùm elatio dicendi, tum etiam pulchritudo, exponere, nec mihi sanè erit facile, nec lectori necessarium. Opus enim *de Sacrâ Poesi* absolutissimum, nemo est, opinor, in his studiis versatus, qui non perlegerit; nemo, cui non summam admirationem attulerit cùm argumenti dignitas, & eruditi auctoris singulare judicium, tum Latini sermonis venustas ac nitor.

Digitized by Google

Humilius equidem argumentum mihi tractandum propoſui; ſed difficultatis, ſed laboris pleniſſimum. Etenim è fontibus reconditioribus, ac propè obſtructis, haurienda eſt materia; revocandi ſunt in lucem Poetæ, quorum opera obſcuravit vetuſtas, & quorum pœnè memoriam delevit oblivio. Prætereà, refutandi ſunt imperitorum hominum ſermones, debellandi errores, minuenda opinionum perverſitas. Itaque, ut Varronis utar verbis, " non mediocres tenebræ " in ſylvâ, ubi hæc captanda; neque eò, quò " pervenire volumus, ſemitæ tritæ; neque non " in tramitibus quædam objecta, quæ euntem " retinere poſſunt."

Aggredior ſcilicet de iis gentibus diſputare, quarum poeſin reformidant faſtidioſæ *Europæorum* aures. Nos enim tranſlationes mitigare ſolemus, ac lenire; *Aſiatici* verò, temerè & incitatiùs exaggerare: nos ſtudemus ut verecundæ ſint, & quodammodò ſe facilè inſinuent metaphoræ; illi, ut violentè irruant: nos, ut ſint politæ, nitidæ, venuſtæ, nec longè ductæ; illi res pervagatas & in medio poſitas tranſvolant, & interdum longiſſimè repetitas captant imagines, quas ad ſatietatem uſque cumulant: *Europæi* denique poetæ in eo potiſſimùm laborant, ut jucundè, ut dilucidè ſcribant; Aſiatici, ut vaſtè, ut luxuriosè, ut diſſolutè. Inde fit, ut,

Digitized by Google

ſi cùm *Arabum* ac *Perſarum* carminibus comparetur elatiſſima Europæorum poeſis (*Græcam* ſemper excipio), remiſsè protinus fluere, & quaſi labi videatur,

Ut lana tincta purpuram citrà placet,
At ſi conferis eam lacernæ,
Conſpectu melioris obruatur *,

ſed hanc tamen Aſiaticæ dictionis elationem, vix aut ne vix quidem percipiet is, qui interpretationes tantummodò leget: ſua eſt enim linguis omnibus gratia, & quaſi color proprius; ſua porrò verborum ſeries & collocatio, ac ſententiarum junctura, quas ſi quis diſſolverit, totam continuò diſtulerit ſuavitatem, totumque venuſtatis lumen extinxerit.

Aſiaticorum igitur poemata legentibus, tenenda eſt eorum hiſtoria; perdiſcendi ſermones, quorum exquiſitiores elegantiæ ſunt inveſtigandæ, cognoſcendi mores, diſciplinæ, opiniones, fabulæ, proverbia; carmina demùm Perſarum atque Arabum, *oculis & mentibus*, ut ita dicam, *Aſiaticis*, legant neceſſe eſt †.

Nec verò me latet nonnullorum hominum increbuiſſe ſermonem, qui harum gentium po-

* Ovid. apud Quintil. *Inſtit.* lib. x. cap. x.

† Vide De Sacrâ Poeſi, Prælect. vi. and vii.

Digitized by Google

esin incultam esse autumant, & horridam. Illis abundè erit, ut spero, in hoc opusculo responsum, satisque probatum, ea ipsa poemata, quæ injucunda & impolita temerè dici solent, delectare potiùs atque allicere incredibili varietate et copiâ. Verè mihi videor esse dicturus: tametsi majestatem Homeri, suavitatem Theocriti, magnificentiam Pindari, Apollonii elegantiam, Sophoclis vim, Euripidis facilitatem, Æschyli audaces figuras, Anacreontis hilaritatem, Ibyci ardorem, Stesichori gravitatem, mollitiem Alcmanis, venustatem Bacchylidis, neminem unquam scribendo consequi posse censendum est; negari tamen non potest, quin *suæ* sint poetis *Asiaticis*, à naturalibus eæ quidem rebus deductæ, proprietates; *sui*-que pulchritudinis colores, ad quorum laudem poesis *Europæa* haudquaquam accedit.

Neque enim abesse potest, quin ii poetæ lætissimis abundent imaginibus, qui versentur inter amœnissimos campos, lucos, hortulos; qui deliciis atque amoribus toti vacent, qui tandem in iis regionibus commorentur, ubi solis nitor cœlique serenitas rarò nubibus obscuratur; ubi summâ florum ac fructuum ubertate cumulata natura luxuriat quodammodò & quasi lascivit; ubi denique (ut vetus ait poeta)

Digitized by Google

Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes ſcatere, herbis prata conveſtirier *.

Ac nemo ferè eſt, qui neſciat plurima poëſeos ornamenta ex imaginibus rerum naturalium derivari: maximam autem *Perſidis* partem, totamque eam *Arabiam*, quæ eſt à veteribus primùm *Felix* nominata, feraciſſimas regiones, ac deliciarum omnium abundantiſſimas, eſſe ſcimus.

Arabia verò ea, quæ *Deſerta* vocatur, rerum earum plena eſt, ex quibus formidinis ac terroris depromantur imagines, quæque adeò ad *elationem* dicendi ſint longè omnium aptiſſimæ: ſæpe igitur in *Arabum* antiquorum carminibus, heroes inducuntur incedentes

———Viâ altâ atque arduâ
Per ſpeluncas ſaxis ſtructas, aſperis, pendentibus,
Maximis; ubi rigida conſtat craſſa caligo.

Ob has præcipuè naturæ proprietates, & ob hanc vivendi conſuetudinem, *Arabas Perſaſque* imaginibus, tum *venuſtis* tum etiam *elatis*, abundare arbitror, ideòque poeticam, quæ his imaginibus potiſſimùm conſtat, ſtudioſiſſimè colere.

Hoc argumentum ad reliquas etiam gentes *Aſiaticas* transferri poteſt, quarum ſcilicet ulla

* Apud Cic. *Tuſcul. Quæſt.* lib. i.

Digitized by Google

ad nos pervenit cognitio: ſed juvat opinionem noſtram exemplis illuſtrare, & pauca de *Sinenſium*, *Indorum*, *Tartarorum*, aliorumque, poeſi antè dicere, quàm ad Arabum ſylvas, & uberrimos Perſarum hortos, acceſſerimus.

In Sinenſium linguâ, quæ, ſi magno ſcriptorum gregi * fides habenda ſit, eſt omnium copioſiſſima, volumen extat pervetuſtum, quod partes complectitur quinque, & *Shi king* vocatur: trecentas hic liber Odas continet de moribus, officiis, virtutibus; quæ eximiam habere dicuntur numerorum dulcedinem, imaginum venuſtatem. Una ex his Odis, quæ mihi valdè arriſit, citatur à *Confucio*, Platone illo, ſi ita dicere liceat, Sinenſium; cujus † opera graviſſima *Oxonii* aſſervantur. Carmen ipſum, Latinis verſibus utcunque redditum, libet ſubjungere: verba Sinica, & verſionem fidam, ſeparatim addamus neceſſe eſt, propter novas literarum formas, quas æneæ tabulæ incidendas curavimus.

Vides ut agros dulcè gemmatos lavet
Argenteus rivi latex;
Virides ut aura ſtridulo modulamine
Arundines interſtrepat!
Sic, ſic amœno cincte virtutum choro,
Princeps, amabiliter nites.

* Du Halde. Fourmont. Couplet. &c.
† In Archiv. Bodl. A. 1, fol. 7. p. 2.

Digitized by Google

Ode Sinica Antiquissima.

Citatur in Confucii libro qui dicitur Tà Hio.

大學

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ode Sinica Antiquissima.

Citatur in Confucu libro qui dicitur Ta Hiu.

大學

Digitized by Google

Ut maximo labore, & arte maximâ
Effingit artifex ebur,
Sic ad benignitatem amica civium
Blandè figuras pectora.
Ut delicata gemmulam expolit manus
Fulgore lucentem aureo,
Sic civitatem mitium gaudes tuam
Ornare morum lumine.
O quàm verenda micat in oculis lenitas!
Minantur & rident simul;
O quanta pulchro dignitas vultu patet,
Et quantus inceſſu decor!
Scilicet amœno, cincte virtutum choro,
Princeps, amabiliter nites.
Annon per omne, Veris inſtar, ſeculum
Memoria floreſcet tui * ?

Egregium hoc eſt vetuſtatis monumentum; floruit enim princeps, qui à poetâ Sinico laudatur, circiter octingentos ante Chriſtum annos: docet porrò, ſimilitudinibus à ſculptore eboris, & gemmarum politore ductis, quàm remoto ſeculo gens ea ingenioſiſſima elegantiores artes coluerit.

Nec pauciora in ſermone *Indico* ſcripta ſunt poemata †; ſed Indi recentiores, poſt Mogolorum δυναστειαν à Timuri nepotibus inſtauratam, Perſicè omninò ſcribunt, ideoque ſunt *Perſis* ſubjungendi. Dicendi genere utuntur elato &

* Vid. *Coupleti* Scient. Sin. pag. 10.

† Vid. Catal. MSS. in Bibl. Reg. Pariſ. in quâ etiam Carminum Sinicorum *Shi king* ſervatur exemplar.

Digitized by Google

magnifico, vel potius abutuntur; quod ex verſibus quibuſdam (licèt ſubinſulſis) intelligere poſſumus, quos contexuit Indus quidam, ex illorum ordine qui *Bramanes* appellantur. Hic enim, ſingularis cùm dignitatis tum eruditionis virum laudare inſtituens, carmen compoſuit; quo patronum in cœlum effert, & verbis hiſce tumidis ac ridiculis alloquitur:

Utcunque celeris terga ſonipedis premas,
Agitata ſubitò terra contremiſcere;
Octoque elephantes, vaſta mundi columina,
Sub impetu aſcendentis incurveſcere.

Aſtabat tum fortè, cùm hæc recitarentur, *Bernierus* medicus *, vir in primis doctus, & jucundus ſcriptor, qui illo tempore commorabatur in *Indiâ*. Is, inſulſam hominis irridens adulationem, dixit in aurem Principi, quo utebatur perfamiliariter, " Cave igitur ſæpiùs " equum conſcendas, princeps, ne miſeri po- " puli tam crebris terræ motibus peſſimè mul- " tentur." Tum ille comiter, " Ob hanc rem, " inquit, in lectică † plerumque vehi ſoleo."

Qualis tamen fuerit veterum Indorum, in regione *Coromandelicâ* habitantium, poeſis, planè neſcimus. Extat certè quidem vetuſtiſſimus li-

* Vid. Bernieri *de Statu Imperii Mogolici* Librum.

† Lectică) Indoſtanicè پالکه vulgò *Palanquin*.

Digitized by Google

ber Indicus, per totam Aſiam collaudatus, quem Arabes *Calila wa Demna* vocant, & quem in omnes ferè Europæ linguas redditum habemus. In eo ſummam gravitatem & ſapientiam non deſidero; ſed prorſùs ei deeſſe videtur poeticus ille flos & color: quod ex interpretatione fidâ docti cujuſdam Arabis intelligi poteſt, quâ nihil exilius, nihil preſſius, nihil à poeſi magis alienum. Poſteà verò Perſicus interpres, & deinde Turcicus, mirificos addebant cincinnos, ut ita loquar, & pigmentorum colores.

Tartarorum etiam poetæ, poſt receptam apud eos Mohammedis religionem, linguis utuntur Arabicâ & Perſicâ; nec dubito quin ſit illis excelſum ac vehemens ingenium, licet paullo horridius: quod perſpici poteſt ex duobus illis in libro *Zafar nama* verſibus, quibus invictus ille Tartariæ rex, Timurus, milites ſuos ad acriter dimicandum dicitur incendiſſe:

بزم مردان عرصهٔ رزمست وعشرت داد وکیر
باده خون دشمن وجام دمادم تیغ وتیر

hoc eſt ad verbum, *Locus compotationis fortium virorum eſt belli campus; lætitiæ autem cantus, pugnantium clamores; vinum, ſanguis hoſtium; pro crateribus verò, gladiis ac ſpiculis identidem utuntur.*

Digitized by Google

Asserit porrò scriptor gravissimus, Ibn Arabshah, " Incolas *Corasmiæ* & *Sogdianæ* pariter " esse poeticæ deditos, sed his illos esse præ- " stantiores; adeò ut in urbe eorum præcipuâ, " pueruli etiam in cunis delicatissimis vocibus " & cantioni finitimis vagiant*."

Armenis quoque & *Syris*, non dubitari potest, quin sui fuerint poetæ. In Kircheri de Musicâ libro versûs quidam citantur, in Armeniaco sermone, non invenusti; & ab Herbeloto laudatur Syrus nescio quis, qui Homeri poemata dicitur patriâ linguâ elegantissimè reddidisse. Perpauca tamen, reor, vel in hoc vel in illo sermone

* Hist. Timur. pag. كح 28.

واهل خوارزم كاهل سمرقند في اللطافة
وافضل من اهل سمرقند في الحشمة والظرافة
يتعانون المشاعرة والادب ولهم في فنون
الفضل والمحاسن اشياء عجب خصوصا في
معرفة الموسيقا والانغام ويشترك في ذلك
الخاص منهم والعام ومما هو مشهور عنهم ان
الطفل في المهد منهم اذا بكي او قال آه فان
ذلك يكون في شعبة دوكاه *

Nimis hæc sunt facilia, quàm ut interprete egeant. Ultima vox ex Persica, Musicæ propria. Vid. etiam Herbel. Bibl. Orient. pag. 1001.

Digitized by Google

extant carmina; nam, cùm Mohammedani omnes ferè Chriſtianorum, in *Aſiâ* commorantium, libros combuſſerint, ſacerdotes, plùs æquo ſuperſtitioſi, eos tantummodò è flammis eripere voluerunt, quos ad religionem & ſacras diſciplinas ſpectare arbitrarentur *.

Idem *Æthiopibus* arbitror contigiſſe; quorum linguam haud vereor inter *Aſiaticas* numerare, utpote quæ ſit Arabicæ ſimillima, & ex Aſiâ ſine dubio oriunda.

Cæterùm in Æthiopum ſermone pauciſſima mihi videre contigit poeſeos ſpecimina. Sæpe à Ludolfo citatur Æthiopicum poema *de Faſtis*, ſive, ut ipſe ait, de rerum cœleſtium ac terreſtrium laudatione, quod nec injucundum eſſe videtur, nec inelegans; &, tametſi multus ſit fortaſſe & nimius in miraculis denarrandis poeta, in eo tamen ardor quidam ἐνθουσιαστικὸς, ac vis ingenii illuceſcit; prætereà carmen ſuum lætis iis imaginibus ornat, quibus tota ferè dictio Aſiatica colluſtrari ſolet. Verſûs quoſdam ex hoc poëmate, *Latinè* adumbratos, apponam; ſed literæ Æthiopicæ, quippe minus elegantes, & vix dignæ cognitu, omitti ſine diſpendio poſſunt:

* Stephanus Petrus, patriarcha Antiochenus, ad Huntingdonum Italicè ſcribens, hæc habet: *I noſtri libri ſono andati tutti ſotto l'acqua e fuochi, e, mancando chi ſcriva di nuovo, li libri antichi ſono andati ſempre ſcemando; e non ſi ſon conſervati per lo più, ſe non i libri ch'erano neceſſarii per il culto della ſantiſſima religione.*

Digitized by Google

Nunc immitis hyems fugit,
Nec ſonantibus agri
Molles rigantur imbribus.
Tu, qui pratula floribus
Suave-olentibus ornas,
Qui lucida regis ſydera,
Flores fac roſeos tui
Colligamus amoris,
Fructûſque pietatis novos;
Ac, dum per virides apis
Dulcè murmurat hortos,
Jucunda delibans thyma,
Da, ſuavi mihi carmine, ut
Diligentior illâ
Laudes tuas enuntiem.

Fuit etiam Æthiops quidam, quo familiariter utebatur Ludolfus, & cui poeticum ingenium non videtur defuiſſe. Scripſit is elegiam in obitum Principis Erneſti, qui puer admodùm ceſſit è vitâ; &, pulchritudinem pueri laudans, ait,

Vultûs nitore vicit ille beryllon.

deinde copioſiùs,

Filo crinis erat pulchrior aureo,
Quod Indicus bombyx vomit;
Et lunâ enituit ſplendidior gena,
Cùm rara tingat nubila *.

Haud ſcio an multi è poetis Græcis, qui

* Vid. Ludolf. Æthiop.

Digitized by Google

Lyrici appellantur, inter *Aſiaticos* non ſint numerandi; quorum alii in Aſiaticis inſulis, alii in ipſâ Aſiâ, *Minori* ſcilicet, nati ſint, & qui Arabum ac Perſarum poetis videantur eſſe perſimiles, non metris ſolùm & compoſitione, ſed figuris etiam, & poematum argumentis. Ideoque, tametſi in hoc libro de iis præcipuè poetis, qui vel Arabicè vel Perſicè ſcripſerunt, inſtitui differere, tamen haud alienum erit eorum poeſin cum Græcâ identidem comparare, ſi qua inter eas ſingularis affinitas intercedere videatur.

Abundè hæc, ut puto, oſtendunt quantùm Aſiaticæ gentes poeticam coluerint; quantùm verò aliis gentibus Arabes ac Perſæ præſtent, in iis, quæ deinceps ſequentur, capitibus, ſpero me uberrimè demonſtraturum. *Turcis* etiam ſua dabitur laus, ſed hi Perſas nimis ſervili more, ut Romani Græcos, imitantur.

Satis arbitror doctiori cuivis eſſe notum, Arabes ita fuiſſe huic arti deditos, ut de re qualibet verſûs funderent ex tempore, mediocres eos quidem plerumque, ſed nonnunquam ſanè pulcherrimos; quod minùs videbitur admirandum iis, qui conſiderent cùm metrorum facilitatem, tùm ſonorum ſimilium in illorum ſermone abundantiam. Hæc autem res apud illos ita frequens erat, ut plurimus etiam nunc habeant voces quibus *artem verſuum ſubitò com-*

Digitized by Google

ponendorum significent*. Exempla sunt innumera: unum solummodò atque alterum subjiciam.

Primum in libri *Shekerdán* capite decimoquarto narratur. Ipsius auctoris verba apponam: " Ibam, inquit poeta *Almosadhal*, regem " *Arrashíd* salutatum; apud quem calathus erat " rosarum plenus, & puella formosa, erudita, " poeticæ peritissima. Ad regem itaque accessi; " dixit autem, *Fac audiam, O* Mosadhal, *bre-* " *vem quandam rosæ similitudinem.* Recitavi " igitur ex tempore, *Similis est puellæ genæ,* " *quæ, dum suaviatur eam amatoris labium, ru-* " *bore suffundi incipit.*

" Tum interpellavit puella, eodem metri ge- " nere,

" *Similis est potiùs genæ meæ, cùm me provocet* " *Arrashídi manus ad dulces amoris lusûs* †."

* بديهًا & ارتجالا & اقتراحًا &c.

† قال المفضل دخلت علي الرشيد وبين يديه طبق ورد وعنده جارية مليحة اديبة شاعرة وقد اهديت اليه فقال يا مفضل قل في هذا الورد شيأً يشبهه فقلت

كانه خدّ المحبوب يقبله
قم الحبيب وقد ابدا به خجلا

Digitized by Google

Belliſſimi videbuntur hi verſûs lectori Arabicè ſcienti; & pulchræ profectò ſunt ſimilitudines cùm poetæ tum poetriæ: eandem comparationem innuit, cùm *de flore illo verecundiæ* loquatur, venuſtus poeta Lycophronides, cujus verſiculos (etſi Græcas ſententias Latinis immiſcere admodùm diſpliceat) ob eximiam dulcedinem citabo:

Ουτε παιδος αρρενος,
Ουτε παρθενων των χρυσοφορων,
Ουτε γυναικων ζαθυκολπων,
Καλον το προσωπον,
Αλλα κοσμιον πεφυκει,
Η γαρ αἰδως ανθος ἐπισπειρει *.

Alterum hujus rei exemplum in libro quodam incerti auctoris me legiſſe memini. " Formo-

فقالت الجارية

كانه لون خدّي حين يدفعني
كف الرشيد لامر يوجب الغسلا

فقال الرشيد قم يا مغضل اخرج فان هذه المباحثة قد هيجتنا فقمت خرجت وارخيت الستور دوننى

Vide etiam Herbel. in voce *Dhohák.*

* Apud Athenæum lib. xiii.

Digitized by Google

" ſam ac doctam adoleſcentulam quidam è po-
" etis illuſtrioribus diligebat. Puella viciſſim
" eum ita unicè amabat, ut nunquam, niſi unà
" adeſſet amicus, lætaretur. Die quodam in
" febrim incidit puella, &, jam propè ſopitâ
" ægritudine, in lectulo dormivit. Tum ami-
" cus, qui anteà cubiculum non reliquerat, la-
" vatum ibat. Illa expergefacta, ubi eſſet ami-
" cus, percontata eſt. Dicebant famuli in bal-
" neo eſſe: ea verò chartulam afferri juſſit, &
" hos ſcripſit verſiculos, quos illicò ad poetam
" miſit:

يا عاشقي لو كنت عاشقاً لما
فصحتك عندي محنة الايام
فوالله ما انصفت في شرع الهوي
انا في الحِمام وانت في الحَمّام

" *Ah, anime mi, ſi verè me amares, non te for-*
" *tunæ iniquitas à me disjungeret: profectò haud*
" *æqua mihi tecum pars amoris eſt; ego in ipſâ*
" *morte verſor, tu in balneo te oblectas.*" Ubi obſervandus eſt non illepidus, ut Aſiatici putant, verborum luſus, vox enim *himám* mortem ſignificat, *hammám* verò, balneum.

" Poeta verſûs amicæ legit; aliquantulum
" chartæ illachrymavit; tum reſcripſit ex tem-
" pore:

Digitized by Google

ولم ادخل الحمام قصدي تنعمي
فكيف ونار الوجد بين جوانحي
ولكنني لم يكفني فيض ادمعي
دخلت لابكي من جميع جوارحي

" *Non ideò intrabam balneum, ut me oblectarem:*
" *quomodo enim? dum ignis desiderii in pectore*
" *meo ardet: sed non mihi satisfecit lachrymarum*
" *effusio; idcircò intrabam, ut ab unoquoque mem-*
" *bro flere possem.*"

Veniamus ad Persas. Ii verò quàm studiosè poeticam excoluerint, & quanti eam æstimârint, intelligi potest ex ingenti poetarum multitudine, qui in Persida floruerunt, ad quorum opera percurrenda hominis vitam vix arbitror sufficturam. Illi, pulcherrimâ usi translatione, pro *versûs facere* dicunt *margaritas nectere*; quemadmodùm in illo Ferdusii versiculo

كه بر نوك الماس درّ سفته ام
در بحر دانش همه رفته ام

Siquidem calami acumine adamantino margaritas nexi; *in scientiæ mare penitùs me immersi.*

Turcæ, ut suprà dictum, Persas sequuntur, imò, sæpè ita fidè, ut verbum de verbo red-

Digitized by Google

dant. Sed * Alcæum, † Archilochum, ‡ Bacchylidem, § Anacreontem, alios, permultis in locis imitatus est Horatius: Latina tamen non minori cum voluptate quàm Græca legimus. Multi sunt prætereà versûs Turcici, qui, è Persicis non redditi, videntur esse valdè belli; velut illi, quibus Imperatoris Soleimanni laudatur justitia, liberalitas, fortitudo:

كيسه ايامنده اتهز ياي‌دن غيري فغان
كيسه دورانده گج چكهز انك الا كهان
يوق زمانده يتيم انك مكر درّعدن
يوقدر ايامنده خونين دل مكر مشك ختن

* Lib. i. Carm. ix. *Vides ut altâ stet*, &c.

Alcæus, Τει μεν ὁ Ζευς, ἐν δ' ὀρανῳ μεγας
Χειμων, πεπαγασιν δ' ὑδατων ῥοαι.

Et quæ sequuntur. Item Carm. xiv. *Et malus celeri saucius*, &c. Alc. apud Heracl. Pont.

Το μεν γαρ ενθεν κυμα κυλινδεται, &c.

† In Epodis passim.

‡ Lib. i. Carm. xv. *Pastor cum traheret*, &c. "Hæc inquit "Porphyrion, à Bacchylidis Cassandrâ sumuntur."

§ Lib. i. Carm. xxiii. *Vitas hinnulco me similis*, &c.

ANACREON.

Ατε νεβρον νεοθηλη
Γαλαθηνον θ', ος ἑν υλη
Κεροεσσης ἀπολειφθεις
Ἀπο μητρος ἐπλοηθη.

Digitized by Google

Illo regnante nullus eſt auditus gemitus, niſi arcûs tinnientis; illo regnante nihil curvum, præter arcum, inveniri potuit; illo rege, nullus præter Adeni *unionem, fuit pupillus; illo imperatore, nullum, præter* Khoteni *moſchum, cor ſanguineum extabat* *.

Nec ſolùm poetica eſſe videmus Aſiaticorum *ingenia*, verùm etiam *linguæ* eorum ſunt ad poeſin accommodatiſſimæ; diſſimiles eæ quidem inter ſe, ſed ſuo quæque in genere præſtans. Suavitatem Perſica, ubertatem ac vim Arabica, mirificam habet Turcica dignitatem: prima allicit atque oblectat; altera ſublimiùs vehitur, & fertur quodammodò incitatiùs; tertia elata eſt ſanè, ſed non ſine aliquâ elegantiâ & pulchritudine. Ad luſûs igitur & amores ſermo Perſicus, ad poemata heroica & eloquentiam Arabicus, ad moralia ſcripta Turcicus videtur idoneus.

Philoſophorum omnium poſt renatas literas (Magnus ille noſter Newtonus perpetuò excipitur) princeps, Verulamius, opus egregium fore rebatur *de variis linguarum proprietatibus* tractationem †. Ait enim, idque veriſſimè, "Ex po-"pulorum ſermonibus mores eorum atque in-"genia accuratiſſimè dignoſci poſſe." Quod verò aſſerit Vir admirabilis de Græcorum ac

* Vide Præfationem elegantem libri *Homaiún Nama*. Et Herbel. in voce *Khoten*.

† De Augm. Scient. vi. 1.

Digitized by Google

Romanorum linguis, nempe *hos verba compoſita valdè reformidare, illos vocum compoſitionibus in primis delectari,* id transferri ad Perſarum atque Arabum ſermones rectiſſimè poteſt; unde colligimus Perſas *artibus*, Arabes *rebus gerendis* fuiſſe aptiores; " Artium enim, inquit ille, diſ-
" tinctiones, verborum compoſitionem ferè ex-
" igunt; at res & negotia ſimpliciora verba
" poſtulant." Deinde hos graves ac ſeveros eſſe cognoſcimus, illos luxurioſos, voluptuarios, diſſolutos; quòd illi in compoſitione redundent ac diffluant, hi contrà breves ſint, caſti, enucleati, preſſi; rarò effundantur, neque abutantur verborum copiâ, & ſæpe uno verbo ſenſa dilucidiùs exponant, quam nos pluribus ſententiis.

Exemplo ſit *Motanabii*, poetæ nobiliſſimi, verſiculus, quo puellæ deſcribit pulchritudinem:

بدت قمراً ومالت غصن بان
وفاحت عنبراً ورنت غزالاً

hoc eſt, *Tanquam luna enituit, & tanquam ramulus myrobalani delicatè ſe inflexit; & ambari odorem habuit, hinnuleique tenerum aſpectum.*

Confitendum eſt Græcos, etiam in hac re, ad Arabum laudem proximè accedere; ſic enim,

Digitized by Google

ſive Pherecrates, ſive auctor fabulæ, quæ *Perſæ* inſcribitur:

Ω μαλαχας μεν ἐσορων, ἀμπνεων δ' ὑακινθον,
Και λαλων μελιλωτινον, και ῥοδα προσεσηψως,
Ω φιλων μεν ἀμαραχον, προσκινων δε σελινον.

Nihil certè his verſibus dulcius, nihil venuſtius. Sed verſiculi illius Arabici, cum ſummâ brevitate conjuncta, elegantia linguâ Latinâ exponi nullo pacto poteſt; ſi dicamus enim,

Non vitis illâ flexa delicatior,
Non clarius lunæ jubar,
Non dulcis aura balſami fragrantior,
Non hinnuli oculus blandior.

quàm inconcinna hæc ſint cum illis comparata!

Sed de poeſi Aſiaticâ *in genere* ſatis multa. Nunc ad eam *ſpeciatim* tractandam accedimus; ac primùm de Arabum, Perſarum, ac Turcarum poeſi, quatenus ad verſuum formam & ſtructuram attinet, eſt diſſerendum.

Digitized by Google

PARS SECUNDA:

De poematum Asiaticorum formâ.

CAPUT II.

العروض

SIVE

De metris Asiaticis.

ASIATICI carminis naturam ac leges tractaturus, videor mihi quodammodò in dumetum quoddam esse delapsus, in quo nihil est aut suave aut jucundum. At ne qua tamen res, quæ ad *poesin Asiaticam* pertinet, intacta à me relinquatur, exponam in hoc capite, quam breviſſimè potero, varia *metrorum* genera, quibus tum Arabes ac Persæ, tum etiam Turcæ utuntur: & quoniam in hoc sermone *Europæos* alloquor, utar vocabulis in *Europâ* cognitis, ne peregrinis durisque vocibus lectores deterream; quod illos feciſſe video, qui idem argumentum anteà tractaverunt. Quis enim intelligere potest quid hæc velint: " *Aruda* secunda *Hadhd-*
" *hata* est; cui duæ competunt *Darbæ*, prima

Digitized by Google

Digitized by Google

عادَ لنا عيدُ السُّرورِ بِبُرءِ مَن حُلا ذِكرِهِ

فى الخَلقِ عِقدٌ مُنضَدُ ○

عرضُهُ لونُ اسمِهِ وثناؤُهُ حكى عرفَهُ

فاللونُ والطيبُ مُحمَّدُ ○

خُلقٌ يحكى النَّسيمَ لطافةً وخُلقٌ أرانا البدرَ

بل هو أزيدُ ○

قصرُ فكرى فى مديحِ صفاتِهِ فما تُنشِئُ الأفكارُ

فيهِ وتُنشِدُ ○

ضائلُهُ كالرَّملِ والقطرِ كثرةً ورملُ الثرى

والقطرُ لا يتعدَّدُ

Digitized by Google

" *Hadhdhata*, ſecunda *Hadhdhata Damrata.* " Quaternario *Aruda* unica eſt ſana, cui *Darbæ* " quatuor, *Raſlata*, *Dhailata* Nuda, & Kata- " ta *?" Profectò hæc legenti cuivis tam obſcura videbuntur quàm Hannonis in fabulâ Plautinâ perſonati oratio *Punica.* Sed nos ad argumentum, magis dilucidè tractandum, veniamus;

Magna eſt in poeſi Aſiaticâ metrorum varietas, in quâ ne Græcæ quidem cedit: hoc tamen præcipuè intereſt, quod Arabes & Perſæ plures habeant ſyllabas longas quàm breves, Græci verò pluribus utantur brevibus quàm longis; unde fit, ut tribrachyn, proceleuſmaticum, primum pæona, alioſque pedes volubiles, quibus Græci tum poetæ tum oratores delectantur, Aſiatici in verſibus non adhibeant. Apud Arabes, ſi literâ (ut vocant) *immotâ* ſyllaba terminetur, longa ſemper eſt, ſin minus, brevis; ut قَدْ *kād*, بْ *bĕ*.

Pleræque voces, quibus de re metricâ utuntur Aſiatici, à tentorio tranſlatæ ſunt, propter ſimilitudinem quandam inter ædificium tentorii, & verſuum ſtructuram, quemadmodum illa Pindarica,

> Χρυσεας ὑποζασαντες εὐ-
> τειχει πρόθυρω θαλαμω
> Κιονας, ὡς οτε θαητον μεγαρον
> Ποιησομεν—& quæ ſequuntur.

* Vid. Clerici *Proſod. Arab.* pag. 73.

Digitized by Google

Sic verſum بيت ſeu *domum* vocitant, & hemiſtichium مصراع ſeu *januam*; ſyllabam longam, & pyrrichium longæ temporibus æqualem, *chordas* nominant, iambum & choreum, *paxillos*. Hæc autem imago, quæ non eſt ſanè injucunda, à communi Arabum Νομάδων ſeu campeſtrium vitâ depromitur.

Sequitur ut de pedibus poeticis diſſeram. *Puri* igitur pedes ſunt vel diſſyllabi,

Pyrrichius	فَعَ	*fă ă.*
Iambus	فَعَلْ	*fă āl.*
Trochæus	فَعْلَ	*fā lă.*
Spondæus	فَعْلَنْ	*fā lān.*

vel triſyllabi,

Anapæſtus	فَعِلُنْ	*fă ĭlōn.*
Bacchius	فَعُولُنْ	*fă ūlōn.*
Amphimacer	فَاعِلُنْ	*fā ĭlōn.*
Amphibrachys	فَعُولْ	*fă ūlŏ.*
Antibacchius	مَفْعُولْ	*mā fūlŏ.*
Moloſſus	مَفْعُولُنْ	*mā fūlōn.*

Pedes *compoſiti*, ſeu potiùs *numeri*, ſunt

Digitized by Google

Pæon ſecundus	مُفَاعِلُ	*mŏfāĭlŏ.*
Pæon tertius	فَعِلَاتُ	*fāĭlātŏ.*
Pæon quartus	فَعِلَتُنْ	*fāĭlātōn.*
Epitritus primus	مَفَاعِيلُنْ	*măfāīlōn.*
Epitritus ſecundus	فَاعِلَاتُنْ	*fāĭlātōn.*
Epitritus tertius	مُسْتَفْعِلُنْ	*mōſtāfĭlōn.*
Epitritus quartus	مَفْعُولَاتُ	*māfūlātŏ.*
Diiambus	مَفَاعِلُنْ	*măfāĭlōn.*
Dichoreus	فَاعِلَاتُ	*fāĭlātŏ.*
Antiſpaſtus	مَفَاعِيلُ	*măfāīlŏ.*
Choriambus	مُفْتَعِلُنْ	*mōftăĭlōn.*
Ionicus à majori	مُسْتَفْعِلُ	*mōſtāfĭlŏ.*
Ionicus à minori	فَعَلَاتُنْ	*făălātōn.*

Habent prætereà duos pedes compoſitos; alterum, ex iambo & anapæſto, alterum ex anapæſto & iambo. Haud ſum neſcius pedem dochimum ex bacchio & iambo componi, ut *reipublicæ*; ſed, quoniam aliud vocabulum non

Digitized by Google

occurrit, duos illos pedes dochimos nominabo. Eſt igitur

Dochimus prior مُفَاعَلَتُنْ *mŏfāălătōn.*

Dochimus ſecundus مُتَفَاعِلُنْ *mŏtăfāĭlōn.*

qui dochimo veterum ſunt numero ſyllabarum æquales, temporibus non valdè diſpares.

Nunc de carminum generibus ſive البحور dicendum eſt: ea ſunt ſedecim.

الطويل *Longum*, Epitritobacchiacum.

المديد *Extenſum*, Trochæocreticum.

البسيط *Expanſum*, Iambocreticum prius.

الوافر *Copioſum*, Dochimeum prius.

الكامل *Perfectum*, Dochimeum ſecund.

الهزج *Lyricum*, Epitriticum.

الرجز *Tremulum*, Iambicum.

الرمل *Breve*, Trochaicum.

السريع *Velox*, Iambocreticum ſecundum.

المنسرح *Mobile*, Iambotrochaicum.

الخفيف *Leve*, Trochæoiambicum.

المضارع *Simile*, Antiſpaſticum.

المقتضب *Conciſum*, Choriambicum.

المجتث *Amputatum*, Ionicum.

Digitized by Google

المتقارب *Conjunctum*, Bacchiacum.

المتدارك *Conſequens*, Creticum.

Prima ſpecies conſtat ex bacchio & primo epitrito quater repetito; ſed in quartâ & octavâ ſede recipere poteſt diiambum, ut



Amator | puellarum | miſer ſæ | pè fallitur
Ocellis | nigris, labris | odoris, | nigris comis.

& in octavâ bacchium, ut



Amator | puellarum | miſer ſæ | pè fallitur,
Ocellis | nigris, blandâ | que vocis | loquelâ.

Interdum verò in locis imparibus admittit pro bacchio amphibrachyn, in quarto diiambum, ut



Legenda, | puer, roſa eſt: | Aprilis | adeſt, adeſt!
Legenda, | puer, roſa eſt: | Corinna | roſas poſcit.

interdum in primâ ſede ſpondæum recipit, in ſecundâ & ſextâ antiſpaſtum, ut



Phyllis | comas pulchra | renoda | bat aureas;
Hylas hanc | videns igne | calebat | Dei alati.

Digitized by Google

Nonnunquam etiam in primâ ſede trochæus invenitur, ut

⏑ – | ⏑ – – – | ⏑ – – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – – | ⏑ – – – | ⏑ – – | ⏑ – – –

Ridet | amatores | Corinna; ah! | cave, cave.
Amator | puellarum | miſer ſæ | pè deſperat.

Hujus generis eſt Tarafæ elegia, ſeu ſecunda, ut vocatur, *Moallaca*, ut

وفي الحيّ احوي ينغض المرد شادن مظاهر
سمطي لؤلؤ وزبرجد

" In tribu autem erat hinnulus fuſcos habens
oculos, qui recentes baccas decuſſit,
" Exhibens duo fila margaritarum & ſmaragdorum."

⏑ – – | ⏑ – – – | ⏑ – – | ⏑ – ⏑ –
Waſi' lbai | *iahwayan* | *fodho' lmerd* | *aſhadinon.*

⏑ – ⏑ | ⏑ – – – | ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ –
Modhaher | *oſimthalu* | *luinwa* | *zabargidin.*

Secunda ſpecies conſtat ex epitrito & amphimacro, ſequente epitrito, ut

– ⏑ – – | – ⏑ – | – ⏑ – –
– ⏑ – – | – ⏑ – | – ⏑ – –

Inter umbras | arborum | ſic jacentes
Dulce carmen | barbito | ſuccinamus.

in tertiâ & ſextâ ſede pro epitrito amphimacrum admittit,

– ⏑ – – | – ⏑ – | – ⏑ –
– ⏑ – – | – ⏑ – | – ⏑ –

Digitized by Google

Inter umbras | arborum | ſic jacens
Dulce carmen | barbito | ſuccinis.

& interdum in ſextâ ſpondæum,



Inter umbras | arborum | ſic jacens
Dulce plectro | ſuccinis | carmen.

& in tertiâ ac ſextâ anapæſtum,



Inter umbras | arborum | virides
Dulcè plangis, | dum nemus | reſonat.

Nonnunquam penitùs mutatur verſus, & in primo, tertio, quarto & ſexto loco ionicum à minori recipit, in ſecundo & quinto anapæſtum, ut



Miſerorum eſt | nec ama | re puellas,
Neque blandæ | Veneri | dare ludum.

aut pro ionico dichoreum, pro anapæſto amphimacrum,



Nunc bibamus, | O boni, | nunc amemus,
Nunc canamus | ad lyram | ſuave carmen.

Tertia ſpecies conſtat ex epitrito tertio, & amphimacro quater repetitis, ſi tetrameter eſt verſus: in quartâ & octavâ ſede anapæſtum recipit, ut

Digitized by Google



Vobis cano, | virgines, | vobis cano, | pueri,
Jucundius | nil amore | eſt, pulchrius | ve pio.

& in octavâ ſpondæum,



Vobis cano, | virgines | vobis cano, | pueri,
Jucundius | nil amore, | aut pulchrius | nil eſt.

Verſus trimeter quatuor habet epitritos, & duos amphimacros, ut



Vobis cano, | virgines, | vobis cano,
Jucundius | nil amore | eſt mutuo.

qui etiam in tertiâ & ſextâ ſede moloſſum admittit,



Vobis cano, | virgines | formoſæ,
Jucundius | nil amore | eſt puro.

Nonnunquam pro epitrito tertio diiambum habet, pro amphimacro anapæſtum, ut

Per arbores | Philome | la, blanda avis, | quid ait?
"Ubi eſt merum | nitidum? | roſæ, fides, | ubi ſunt?"

aut in primo, tertio, quinto, & ſeptimo loco

Digitized by Google

choriambum habet, in ſecundo & ſexto creticum, in quarto & ultimo anapæſtum, ut



Alma Venus, | parvuli | mater amo | ris, ades,
Sit facilis | jam mihi, | ſit mihi ami | ca, Chloë!

vel pro choriambo pæona quartum admittit, ut

Amor habet | dulce mel, | ſed habet idem | aloën,
Leviter is | mella præ | bet, aloën | cumulat.

Porrò verſus trimeter in ultimâ ſede recipit interdum diiambum, ut



Vobis cano, | virgines, | vobis cano,
Jucundius | nil amo | re mutuo eſt.

aut choriambum,



Vos alloquor, | virgines, | vos alloquor,
Jucundius | nil amo | re eſt tenero.

aut quartum pæona,



Vos alloquor, | virgines, | vos alloquor,
Jucundius | nil amo | re tenero eſt.

Nonnunquam verò & in tertio & in ſexto loco bacchium habet, ut

Digitized by Google

⏑ – – | ⏑ – | ⏑ – –
⏑ – – | ⏑ – | ⏑ – –

Vos alloquor, | virgines | venuſtæ,
Jucundius | nil amo | re puro eſt.

Ad hoc genus pertinet *Tograi* elegantiſſimum carmen, ut

تنام عني وعين النجم ساهرة
وتستحيل وصبغ الليل لم يحل

" Dormis me relicto; at ſtellæ oculus non dormit:
" Et tu mutaris; at noctis color non mutatur."

⏑ – – | ⏑ – | – – ⏑ | ⏑ – –

Tenámo án | níwaei | nonníjmiſa | hiraton

⏑ – – | ⏑ – | – – ⏑ | ⏑ – –

Watáſtahei | lo waſib | golleili lam | yaholi.

Nos quoque ſumus eodem genere uſi, in tribus verſiculis Arabicis, quos olim exercitationis gratiâ adoleſcentuli compoſuimus:

اذا نسيم الصباء يدبّ في الشجر
الم يجب نشق المشموم والثمر *
سيول زرق من الريضان قد دعبت
فاحت بها نفحة الريحان والزهر *
فيا غزالي اذا تنول لي القدح
يا شاب ريحك شبّ نشوة السكر *

Digitized by Google

id eſt ad verbum,

Cùm lenis zephyrus inter arbores ſubrepit,
Annon ſecum affert moſchi, & pomorum odorem?
Cærulei rivuli ex hortulis ludentes ſaliunt,
In quibus dulcis ocimi & florum odor afflatur:
Sic, O puella hinnuleo ſimilis, cùm poculum mihi affers,
Tuus halitus, amica, vini odorem auget atque accendit.

Obſerva in ultimo verſu luſum verborum شاب & شبّ quorum poſterius cùm *adoleſcere*, tum etiam *accendere* ſignificat.

Quarta ſpecies ex priore dochimo conſtat ſexies repetito, ſi trimetri ſunt verſiculi, ſi dimetri, quater, ut

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Genis roſeis, | nigriſque oculis, | nigriſque comis,
Amore facis | tepere meum, | Corinna, ſinum.

&

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Venuſta puel | la, tarda venis;
Parata roſa eſt, | parata chelys.

Trimetri in tertio & ſexto locò admittunt bacchium, ut

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

Digitized by Google

Venuſta puel | la, tarda venis | ad hortum,
Parata lyra eſt, | paratus odor | roſarum.

& in primo vel choriambum, ut

Pulchra puel | la, tarda venis | ad hortum,
Parata lyra eſt, | paratus odor | roſarum.

vel moloſſum, ut

Phryne pul | chra, tarda venis | ad hortum,
Parata lyra eſt, | paratus odor | roſarum.

vel amphibrachyn, ut



Chloë me | a, tarda venis, &c.

vel etiam creticum, ut

Pulchra ami | ca, tarda venis, &c.

Dimetri in ultimâ ſede epitritum primum recipiunt, ut

Puella venuſt | a, tarda venis,
Parata lyra eſt, | merum, flores.

Nonnunquam hoc carminis genus in ſingulis locis, excepto tertio & ultimo, (ubi ſæpiùs eſt bacchius) primum epitritum admittit, ut

Digitized by Google



Amatores | puellarum | miſellos
Ocellorum | nitor multos | fefellit.

niſi hi verſiculi potiùs ad ſextam ſpeciem pertineant; certè eodem metro utitur *Hafez*, poeta Perſicus, in illo carmine,

خوشا شبراز ووضع بي مثالش
خداوندا نكهدار از زوالش

Ah dulcem urbem Schirazum! & ſitum ejus eximium!
O Deus, hanc urbem à ruinâ defende!

interdum verò recipit diiambum, ut



qui verſûs ſunt iambici puri trimetri catalectici; velut illi Horatiani,

Trahuntque ſiccas machinæ carinas:
Nec prata canis albicant pruinis.

ſed Arabici puriores ſunt,

منازل لغرتنا تغار
كانها رسومها سطور

Menázilón | lekártaná | kifâron
Cáinnamá | roſúmohá | ſothúron.

nonnunquam verò fiunt antiſpaſtici trimetri catalectici, ut

Digitized by Google

Chloë pulchra, | venis tarda; | parantur
Scyphi, vina, | lyra, unguenta, | corollæ.

Ad hanc ſpeciem pertinet admirabile illud *Abi'lola* carmen,

اعن وخد القلاص كشفت حالا
ومن عند الظلام طلبت مالا

An è celeri camelorum greſſu robur eorum cognoſcis?
An è tenebris divitias petis?

⏑ – – – | ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – –

Aán wakhd'il | kiláficaſhaf | tahála

⏑ – – – | ⏑ – ⏑ ⏑ – | ⏑ – –

Waminindadh | dhalámithalab | tamála.

Quinta ſpecies ex dochimis ſecundis conſtat: ſunt autem verſûs vel ſenarii, ut

⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ –

Tria grata ſunt | animo meo, ut | melius nihil,
Oculi nigri, | cyathus nitens, | roſeus calyx.

qui in ultimâ ſede ionicum minorem admittunt,

⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ –

Tria grata ſunt | animo meo, ut | melius nihil,
Oculi nigri, | cyathus nitens, | roſa fulgens.

vel ſpondæum, ut

⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ – | – –

Tria grata ſunt | animo meo, ut | melius nihil,
Oculi nigri, | cyathus, roſarum | hortus.

Digitized by Google

interdum in tertio & ſexto loco anapæſtum habent, ut brachycatalectici ſint dochimei,

Tria grata ſunt | animo meo, | Glycere,
Oculi nigri, | roſeus calyx, | cyathus.

vel quaternarii, qui nonnunquam ſyllabâ longâ ita augentur, ut fiant hypercatalectici,



Tria grata ſunt | animo meo,
Oculi nigri, | cyathus, roſæ | flos.

nonnunquam ionicum minorem in ultimâ ſede habent, ut



Tria grata ſunt | animo meo,
Oculi nigri, | roſa, vinum.

Dicitur etiam hoc carminis genus recipere in ſingulis locis vel epitritum tertium, vel diiambum, ut fiant verſûs iambici trimetri acatalectici; ſed hi ad ſeptimam ſpeciem ſeu *carmen tremulum* referendi ſunt. Porrò ad hanc ſpeciem pertinere dicuntur verſûs choriambici, ut

منزلة صمّ صداها وعفت
ارسمها ان سيلت لم تجب

Ménzilatón | ſammaſadá | háwaafát
Arſomohá | ínſoilát | lámtogibí.

Digitized by Google

Manſio, cujus Echo ſurda eſt, & delentur Veſtigia, ſi interrogetur, non reſpondet.

Senarii denique verſûs in quartâ ſede tertium epitritum, in ultimâ moloſſum poſſunt admittere, ut

Tria grata ſunt | animo meo, | Glycere mea,
Vinum nitens, | oculi nigri, | flos halans.

Quaternarii verò in ultimo loco recipiunt epitritum tertium & longam ſyllabam, ut



Tria grata ſunt | animo meo,
Oculi nigri, | vinum, roſæ | flos.

vel diiambum & longam, ut



Tria grata ſunt | animo meo,
Oculi nigri, | merum, roſæ | flos.

vel choriambum & eandem, ut



Tria grata ſunt | animo meo,
Oculi nigri, | vina, roſæ | flos.

vel etiam moloſſum ſine longâ, ut



Tria grata ſunt | animo meo,
Oculi nigri, | flos, vinum.

Digitized by Google

Sexta ſpecies conſtat ex epitritis primis: Verſûs ſunt plurimùm quaternarii, ut

Puellarum | doli multos
Fefellerunt | amatores.

qui in ultimo loco bacchium recipiunt,



Puellarum | doli multos
Fefellerunt | amantes.

& in locis imparibus diiambum,



Vide ut doli | puellarum
Fefellerint | amatores.

vel in omnibus præter ultimum antiſpaſtum,



Roſæ, vina, | lyra, unguenta,
Decent hæc vi | ridem ætatem.

Recipiunt tandem in primâ ſede vel moloſſum,



Nympharum | doli multos
Fefellerunt | amatores.

vel creticum,



Digitized by Google

Virginum | doli multos
Fefellerunt | amatores.

vel antibacchium,

Nymphæque | doli multos,
Fefellerunt | amatores.

Hoc genere frequentiſſimè utuntur poetæ Lyrici, ut Hafiz in iſto carmine,

اگر ان ترک شیرازي بدست ارد دل مارا
بخال هندویش بخشم سمرقند وبخارارا

Si Turca Shirazia manu ſuâ cor meum acciperet, nævo illius nigro darem urbes Bokharam & Samarcandam (vel *Maracandam*, ut Curtio placet).

Septima ſpecies eſt iambica: & conſtat ex epitrito tertio ſæpiùs continuato; ſunt autem verſûs vel trimetri,

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –

Fonteſque lym | phis obſtrepunt | manantibus,
Somnos quod in | vitet leves | paſtoribus.

qui in ultimâ ſede aut bacchium admittunt,

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – –

Fonteſque lym | phis obſtrepunt | manantibus,
Somnos quod in | vitet leves | puellis.

aut moloſſum,

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – | ⏑ – – – | – – – –

Digitized by Google

Fonteſque lym | phis obſtrepunt | manantibus,
Somnos quod in | vitet leves | paſtori.

Interdum verò ſinguli pedes in choriambos mutantur,



Jane pater, | Jane tuens, | dive biceps,
O cate re | rum ſator, O | principium.
Septim. apud Terentian.

ſed ex ſolis choriambis conſtare debent, nam, ſi admiſcetur dochimus, ad quintam ſpeciem pertinent: nonnunquam in pæonas,



Nitida te | roſa monet, | Glycerium,
Nimia ne | tibi ſuper | bia ſiet.

nonnunquam in diiambos; ut puri ſint iambici trimetri,



Phaſelus il | le quem vide | tis, hoſpites,
Ait fuiſ | ſe navium | celerrimus. *Catull.*

ut in illis Arabicis,

يذب عن حريمه بسيفه
ورمحه ونبله ويحتمي

Yadóbbo án | hareímihí | beſeífihí
Warómhihi | wanáblihi | wayáhtomí.

vel dimetri, ut

Digitized by Google

⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – – | – ⏑ – –

O carminum | dulces notæ,
Quas ore | fundis melleo! *Incert.*

vel trimetri catalectici,

– ⏑ – – | – ⏑ – – | ⏑ – – –

Floreſque nu | bes irrigant | odoros.

Sunt etiam dimetri catalectici,

– ⏑ – – | – – –

Suaveſque ri | dent horti.

Præterea apud recentiores quoſdam poetas verſus eſt breviſſimus; qui ex uno epitrito conſtat,

– ⏑ – –
– – ⏑ –

Ut priſca gens
Mortalium.

Hac etiam ſpecie utitur Hafiz, ut in illo venuſtiſſimo carmine,

چون بلبلان نزول کنیم اشیان گل

Chún búlbulán | nezúl kuneím | áſhíani gúl.

Tanquam luſciniæ in roſeum nidum deſcendamus.

Species octava eſt trochaica: & epitritum ſecundum ſæpe continuatum habet. In verſu ſenario pes tertius eſt catalecticus, ut

– ⏑ – – | – ⏑ – – | – ⏑ – –
– ⏑ – – | – ⏑ – – | – ⏑ – –

Cras Dione | jura dicit, | virgines,
Ipſa gemmis | purpurantem | pingit annum.

Digitized by Google

& nonnunquam etiam ſextus,

-˘˘-|-˘˘-|-˘˘
-˘˘-|-˘˘-|-˘-

Cras Dione | jura dicit, | virgines,
Purpurantem | pingit annum | floribus.

quaternarii ſunt vel acatalectici,

-˘˘-|-˘˘-|-˘˘-|-˘˘-

Ver novum, ver | jam canorum eſt; cras amet, qui | nunquam amavit.

vel catalectici,

-˘˘-|-˘˘-|-˘˘-|-˘-

Ver novum, ver | jam canorum; | vere nubunt | alites.

Interdum in paribus locis recipiunt creticum,

-˘˘-|-˘-|-˘˘-|-˘-

Ver canorum eſt, | ver novum, | vere nubunt | alites.

Nonnunquam in ultimâ ſede ionicum minorem habent,

-˘˘-|-˘˘-|-˘˘-|˘˘-

Alites can | tant amores; | pulchra ridet | roſa in horto.

Mutantur præterea in ſenariis ſinguli pedes in ionicos, præter tertium, qui anapæſtus eſt,

˘˘-|˘˘-|˘˘-
˘˘-|˘˘-|˘˘-

Miſerarum eſt | neque dulci | lavare
Mala vino, | neque amori | dare ludum.

Digitized by Google

vel in ditrochæos, tertio cretico,



Feriatus | eſt amor, pu | ellulæ,
Juſſus eſt in | ermis ire, | nudus ire.

Interdum ſecunda & quinta ſedes in tertium pæona vertuntur, tertia verò in amphimacrum,



Vere grato | modulantur | alites,
Perque ſylvas | reſonantes | dulcè cantant.

Eſt verò ubi pes tertius amphimacer fit, ſextus verò anapæſtus,



Cras Dione | jura dicit, | virgines,
Ipſa gemmis | pingit annum | nitidis.

Nona etiam ſpecies eſt iambica: conſtat ex epitritis tertiis, ſequente vel cretico,



Fonteſque lym | phis obſtrepunt | garrulis,
Somnos, quod in | vitet puel | lis leves.

vel, in ultimâ ſede, ſpondeo,



Fonteſque lym | phis obſtrepunt | garrulis,
Somnos quod in | vitet mihi | dulces.

vel in tertiâ & ſextâ, anapæſto,

Digitized by Google



Fonteſque lym | phis obſtrepunt | querulis,
Somnos quod in | vitet leves | pueris.

vel moloſſo, ut in verſu dimidiato,



Fonteſque lym | phis obſtrepunt | manantes.

Interdum verò pro epitritis diiambos admittit, ut



Vale, Pria | pe, debeo | nil tibi,
Jacebis in | ter arva pal | lens ſitu.

vel choriambos,



Alma Venus, | diva potens, | huc ades,
Linque Paphon, | linque Cypri | ſylvulas.

vel pæonas quartos,



Nitida te | roſa monet, | ne, Chloë,
Nimia ſit | tibi colo | ri fides.

Verſûs pariter dimidiati pro epitritis diiambos habent, & in ultimâ ſede bacchium,



Phaſelus il | le quem, boni, | videtis.

vel in primâ, choriambum,

Digitized by Google

Omnibus haud | idem eſt nitor | puellis.

Hujuſmodi autem generis verſûs etiam *Scazontes* appellari poſſunt.

Decima ſpecies eſt ea quam Græci Ἀσυναρτητον appellant; complectitur enim epitritos quartos inter tertios, qui pedes naturâ ſunt diſſociabiles,



Dulces notæ, | quas blando ca | nis barbito,
Per ſylvulas, | per virgulta, | perque nemus.

ubi in ultimâ ſede choriambus eſt; recipit interdum pro tertiis epitritis, choriambos, pro quartis, dichoreos, & in ſexto loco moloſſum habet,



Diva potens, | diva ſuavis, | alma Venus,
Gratam Cypron | ſperne, diri | ge huc cygnos.

aut pro tertiis, diiambos, pro quartis, antiſpaſtos, ſequente choriambo,



Phaſelus il | le quem cerni | tis, hoſpites:
Phaſelus il | le quem cerni | tis, pueri.

aut pro tertiis, choriambos, pro quartis, dichoreos,



Diva potens, | diva ſuavis, | alma Venus,
Prata Cypri | ſperne; linque | prata Paphi.

Digitized by Google

Interdum ſunt pæonici; & quartum pæona in primo & quarto loco recipiunt, in ſecundo verò & quinto, pæona tertium,

Nimia ne | tibi ſit co | lori fides,
Nitida te | roſa, Phylli | pulchra, monet.

Ad hanc ſpeciem pertinere dicuntur iambici dimetri catalectici,

هل بالدّيار انس

Eſtne in domicilio aliquis?

Hál biddiári ánſo.

Lymphæ cadunt loquaces.

qui etiam pro bacchio moloſſum recipiunt,

Fontes ſtrepunt | manantes.

Species undecima etiam eſt Ἀσυναρτητος, & continet numeros iambicos inter trochaicos; id eſt, epitritos tertios inter ſecundos,

Ver novum, ver | jam floridum eſt, | jam canorum:
Vere concor | dant alites, | vere nubunt.

recipit tamen in tertiâ & ſextâ ſede amphimacrum,



Digitized by Google

Ver canorum, | ver floridum eſt, | ver novum,
Vere carmen | lætum canunt | alites.

vel in ſextâ tantummodò, ut verſus ſit catalecticus,



Ver novum, ver | jam floridum eſt, | jam canorum,
Vere carmen | lætum canunt | alites.

Admittit nonnunquam in ſecundâ & quintâ ſede diiambum, in reliquis ionicum minorem,



Miſerorum eſt | neque impigro | pede terram
Quatere, aut lu | dum amoribus | dare blandis.

vel pro ſecundis epitritis dichoreos habet, & pro tertiis ionicos à majori,



It puer co | mes virgini | bus, paratque
Spicula inſci | is pectori | bus cruenta.

Interdum hi pedes variè inter ſe miſcentur, ut



Amarylli, | dulci lyrâ | modulare
Molle carmen | ſub arbore | fuſa ſacrâ.

ubi quintus pes pæon ſecundus eſt; &



Digitized by Google

Molle carmen | ſub arbore | fuſa ſacrâ
Modulare, | dum ſylvulæ | reſpondent.

Nonnunquam in tertio & ſexto loco recipitur anapæſtus,

Jam puellæ | per hortulum, & | pueri
Luſitantes, | breves legunt | violas.

vel in ſexto tantùm,



Ver novum, ver | jam floridum eſt, | jam canorum
Vere cantu | dulci nemus | reſonat.

Verſus quaternarii ſunt vel acatalectici,



Ver novum, ver | jam floridum eſt, | vere amores | ſpirant leves.

vel catalectici, id eſt, in ultimâ ſede bacchium admittunt,



Ver novum, ver | jam floridum eſt, | vere ludunt | amores.

Species duodecima eſt antiſpaſtica, & conſtat ex antiſpaſto, ſequente ſecundo epitrito,



Merum ſuave | jam bibamus, | melos dulce | jam canamus.

Digitized by Google

ſed in primo loco admittitur vel creticus,

- ∪ ∪ | - ∪ ∪ - | ∪ - ∪ - | ∪ - ∪ -

Ad lyram | jam canamus, | merum dulce | jam bibamus.

vel antibacchius,

- - ∪ | - ∪ ∪ - | ∪ - ∪ - | ∪ - ∪ -

Per prata | luſitantes | roſas fulgi | das legamus.

Ad hanc ſpeciem pertinere dicuntur iambici & trochaici puri ἀσυναρτητοι,

∪ - ∪ - | ∪ - ∪ - | ∪ - ∪ - | ∪ - ∪ -

Mihi placet | jam per omne | nemus canens | luſitare.

ut in illo exemplo,

وقد ارايت الرجال فما اري مثل زيد

Vidi autem homines, at neminem Zeido ſimilem vidi.

Wacád araí | tórrijála | famáarí | míthla Zeídin.

In hac ſpecie verſûs tantùm ſunt quaternarii.

Species decimatertia partim trochaica eſt, partim choriambica, ut

- ∪ - ∪ | - ∪ ∪ - | ∪ - ∪ - | ∪ ∪ -

Audienda | virginibus | blanda carmina | et pueris.

In primâ ſede admittitur antiſpaſtus,

∪ - - ∪ | - ∪ ∪ - | ∪ - ∪ - | ∪ ∪ -

Canam ſuavi | ter pueris | mollibuſque | virginibus.

Digitized by Google

Species decimaquarta tertium habet epitritum, ſecundo ſequente,

- - ⏑ - | - ⏑ - - | - - ⏑ - | - ⏑ - -

Ver dulce, ver | jam canorum eſt, | læti alites | vere nubunt.

In ultimâ ſede admittit moloſſum,

- - ⏑ - | - ⏑ - - | - - ⏑ - | - - -

Ver dulce, ver | jam canorum eſt, | & ſylvulæ | reſpondent.

Item in locis imparibus diiambum recipit, in paribus ionicum minorem,

⏑ - ⏑ - | ⏑ ⏑ - - | ⏑ - ⏑ - | ⏑ ⏑ - -

Placet color | violarum, at | ſuperbiùs | roſa fulget.

Interdum in ſedibus æqualibus ionicum majorem habet,

- - ⏑ ⏑ | - ⏑ - ⏑ | - - ⏑ ⏑ | - ⏑ - -

Tanquam breve | lilium ve | nuſtas tua | mox peribit.

vel ſecundum pæona,

⏑ - ⏑ ⏑ | - ⏑ - - | ⏑ - ⏑ - | - ⏑ - -

Monet roſa, | quàm caducus | nitor tui | ſit coloris.

Ob frequentem pedis ionici uſum, placet hanc ſpeciem *ionicam* vocare.

Species decimaquinta eſt *bacchiaca*, & vel tetrametros habet verſûs, qui conſtant ex octo

Digitized by Google

bacchiis, vel trimetros, qui ſex. Hi verſûs apud Latinos in primâ ſede moloſſum recipere poſſunt, in reliquis, pæona, ut in Enniană fabulâ perſonatus Thyeſtes,

Nolite, hoſ | pites, ad | me adire il | licò iſtic.

apud Aſiaticos verò ſunt vel tetrametri acatalectici,



Puellas | amo de | licatas, | venuſtas,
Capillos | odoris | revinctas | corollis.

vel catalectici,



Puellas | amo de | licatas, | venuſtas,
Capillos | odoris | revinctas | roſis.

vel brachycatalectici,



Puellas | amo de | licatas, | venuſtas,
Capillos | odoris | roſis cinc | tas.

Interdum recipiunt etiam in unaquaque ſede, præter ultimam, amphibrachyn,



Bibamus, | amice, | canamus, | amemus,
Amœni | us eſt quid | amore | beato?

& nonnunquam ſpondeum in primâ ſede,



Digitized by Google

Quis non | puellas | amat de | licatas
Capillos | odoris | revinctas | corollis?

Interdum etiam in primâ trochæum, in quartâ iambum,



Ipſe | puellas | venuſtas | amo
Capillos | odoris | revinctas | coronis.

Verſûs trimetri in tertio loco & in ſexto, iambum habent,

Puellas | venuſtas | amo
Capillos | revinctas | roſis.

vel in tertio iambum, in ſexto ſyllabam longam,

Puellas | amo ſplen | didas
Capillos | roſis cinc | tas.

Species ultima eſt *cretica:* tetrammetri autem puri ſunt, & ex octo conſtant amphimacris,



Quid petam | præſidî, aut | exequar? | quove nunc
Applicem? | quo rece | dam? arce & ur | be orba ſum. *Vet. Poet.* apud *Cic.*

Trimetri vel puri ſunt, ut



Digitized by Google

Quid petam | præſidî, aut | exequar?
Quo rece | dam? arce & ur | be orba ſum.

vel in tertio & ſexto loco minorem ionicum recipiunt, ut



Quid petam | præſidî? | miſeram me!
Nec mihi | gaudium, | neque ſpes eſt.

Nonnunquam ſinguli pedes, excepto primo, in anapæſtos mutantur, ut ſit verſus propè anapæſticus, ut



Hinnulo | ſimilis | fugis, O | Glycere,
Tenero, | pavido, | gracili, | querulo,

Ad hanc ſpeciem pertinent verſûs ſpondaici, anapæſticis tempore æquales; cujuſmodi eſt ille ab Ali, Mohammedis genero, * compoſitus,

ان الدّنيا قد غرّتنا واستهوتنا واستلهتنا

In nēddūnyā | kād ghārrātnā | wāſtāhwātnā | wāſtālhātnā.

hoc eſt ferè ad verbum,

Vitæ ſplendor | nos decepit, | nos oblectat, | nos delenit.

De Aſiaticorum re metricâ vereor ne nimis loquaciter (cùm breviloquens eſſe inſtituiſſem)

* Vid. Clerici *Proſod. Arab.* p. 148.

Digitized by Google

differuiſſe videar; ſed me à propoſito abduxit argumenti varietas & copia. Exempla Arabica aut Perſica ſubjungere nolui, ne potiùs eruditionem plus æquo curioſam oſtentare, quàm lectoris aut delectationi aut utilitati conſulere, viderer.

Eſt autem ars metrica apud Arabes antiquiſſima: tametſi enim princeps de eâ libellum contexuit *Ferahidius*, ſeculo poſt fugam Mohammedis ſecundo, tamen ante Mohammedem natum, & fortaſſe à primâ gentis origine, poetas Arabia tulerat innumerabiles.

Atque in hoc loco de *Hebræi* carminis naturâ non alienum erit paucis differere; ſiquidem ea eſt linguæ Hebrææ cum Arabicâ cognatio, ea poeſeos utriuſque gentis cùm in imaginibus, tum in figuris, ſimilitudo; ut nequeam mihi perſuadere, quin metra etiam Hebræa fuerint Arabicis perſimilia, niſi quòd Arabum verſiculi ſimiliter deſinant, veterum Hebræorum, non item; & hi quidem in eodem poemate diverſis carminum generibus uſi fuiſſe videantur, quod Pindarum cæteroſque Lyricos feciſſe perſpicuum eſt. Itaque *analogiâ* ductus quaſdam poeſeos Hebrææ regulas deſcribere conabor, non eas quidem ut certas, ſed ut probabiles tantùm proponens; neque enim ſum neſcius plena eſſe errorum omnia, & in profundo demerſam latere Veritatem. Puto igitur eas ſyllabas, quæ aut

Digitized by Google

conſonante, aut vocali, א, י, ו quieſcente terminantur, ut בל *bāl*, בי *bī*, longas eſſe, quæ ſecus, ut ב *bĕ*, breves; ſed in iis vocibus quæ vocalibus carent, tenendas autumo vocales Arabicas. Et quoniam Arabes dicunt نَفْسِي nāfsī, *anima mea*, eodem modo vocem Hebræorum נפשי nafsī efferre non abſurdum videtur; utrum verò Hebræi *nafſon* pro *nafs* dixerint, ut in verſibus metiendis Arabes, id certè neminem unquam ſciturum arbitror.

Statuam itaque hos eſſe pedes Hebræos,

Spondæum,	נפשי	*nāfsī.*
Iambum,	צדיק	*sădīk.*
Trochæum, primæ ſyllabæ vocis,	כוכבים	*coūcă* | *bīm.*
Pyrrichium, primæ ſyllabæ vocis,	שתרת	*sătă* | *rāt.*
Anapæſtum,	שרחת	*sărăhāt.*
Bacchium,	דרושים	*dĕrūsīm.*
Amphimacrum,	כוכבים	*coūcăbīm.*
Moloſſum,	חפציהם	*hāfzīhēm.*

Ex quibus pæonas, epitritos, & reliquos, ut vocantur, *numeros*, facillimum erit componere. Equidem ſatis accuratè obſervavi *Jobi poematis* caput octavum & viceſimum, *Solomonis* carmen, unum atque alterum *Pſalmum*, *Jeremiæ* Θρηνωδιαν, *Moſis & Deboræ* carmina, & *Davidis* in obitum Sauli & Jonathani elegiam, (in qua bacchius

Digitized by Google

propè ſingula diſticha claudere videtur,) & in iis omnibus perſpicuam vidi cum metris *Arabicis* affinitatem. Age, legat quivis plures verſûs Arabicos,

ان اقود الجيش واحمل رايتي
للجيش يقدمهم كمي اصيد *
ليث يغامر الطعان كانما
يقم الرجال فنيق ملبد *

& deinceps totidem Hebræos *.

שאגת אריה וקול שחל
ישני כפירים נתעו :
ליש אבד מבלי טרף
ובני לביא יתפרדו ;

ſummam inter eorum numeros ac modulationem perſpiciet ſimilitudinem.

Sic elegantis hujus diſtichi,

שחורה אני ונאוה בנות ירושלם
כאהלי קדר כיריות שלמה :

Fuſca ſum, at formoſa, Solymitides,
Tanquam tentoria Kedari, tanquam aulæa Salomonis.

primum verſiculum ad ſpeciem ſecundam pertinere arbitror, ut

* Job iv. 10, 11.

Digitized by Google

˘ – – | – ˘ – | – ˘ – ˘ | – ˘ –

Sehureh a | ni vana | uhbenut ye | ruſalem.

ſecundum verò ad quintamdecimam, ſeu *bacchiacam*, ut

˘ – – | ˘ – ˘ | ˘ – – | ˘ ˘ –

Caahli | kedarca | yeriut | Solomeh.

hi enim verſûs in ultimâ ſede (ut dictum eſt) recipiunt anapæſtum. Quod attinet ad Pſalmum undecimum & centeſimum, quem jam expoſuerunt duo eruditiſſimi viri, * alter ſeriò & ſatis infelicitĕr, † alter facetè & εἰρωνικως equidem eundem inſpexi, & nullus dubito, quin ſinguli verſiculi ad unam vel alteram harum ſedecim ſpecierum referri facillimè poſſint. Sic verſus octavus,

סמוכים לעד לעולם
עשוים באמת וישד

Sĕmūkīm | lĕād | lĕōlām
ăsūīm | bĕāmāt | văyīsēr.

purus eſt bacchiacus, excepto, in ſecundâ ſede, iambo, qui pes, ut ſuprà dixi, in hac ſpecie locum habet. Sed huic quæſtioni, ſine infinito labore, & ſummo otio, quod mihi minimè ſuppetit, ſatisfacere non potero: ſufficiet fontem

* Vide Harii Pſalmos.

† Vide Metricæ Harianæ Confutationem Prælect. de Sacrâ Poeſi ſubjectam.

Digitized by Google

aperuiſſe, & novam rei metricæ Hebræorum inveſtigandæ viam quaſi digito monſtrâſſe.

Nec verò affirmare audeo (quo nihil arrogantius) Hebræi carminis naturam, quæ cæteros latuit, mihi ſoli innoteſcere. Quid enim, poſt inutiles tot doctiſſimorum hominum conatûs, effecturum me confidam? aut cur me pervenire poſſe ſperem ad illud littus, ubi tot ſcriptores admirabiles naufragium paſſi ſunt? Id ſolum innuere volui, cùm linguæ Hebræa atque Arabica ſorores germanæ ſint, veriſimillimum eſſe eas, ſi quando iis poeticè loqui contigerit, iiſdem numeris ac pedibus, & iiſdem ferè metrorum generibus uſas fuiſſe. Ac ſi cui verſûs iſti antiſpaſtici, pæonici, aliique, ſolutæ orationi ſimiliores eſſe videantur, is in mentem revocet, iiſdem metris uſos eſſe poetas eos, qui λυρικοι à Græcis appellantur, & "quos, ut in Oratore "ait M. Tullius, cùm cantu ſpoliaveris, nuda "pœnè remanet oratio." Quod ſi quis hujuſmodi verſiculos neget eſſe poeticos, eidem non videbitur Pindarus aut Bacchylides poeta.

His poſitis, ſine quibus ea, quæ ſequuntur, intelligi nullo modo poterunt, ad amœniora tandem poeſeos Aſiaticæ ſpatia veniamus.

Digitized by Google

⏑ - - | - ⏑ - | - ⏑ - ⏑ | - ⏑ -

Sehureh a | ni vana | uhbenut ye | ruſalem.

ſecundum verò ad quintamdecimam, ſeu *bacchiacam*, ut

⏑ - - | ⏑ - ⏑ | ⏑ - - | ⏑ ⏑ -

Caahli | kedarca | yeriut | Solomeh.

hi enim verſûs in ultimâ ſede (ut dictum eſt) recipiunt anapæſtum. Quod attinet ad Pſalmum undecimum & centeſimum, quem jam expoſuerunt duo eruditiſſimi viri, * alter ſeriò & ſatis infelicitĕr, † alter facetè & εἰρωνικως equidem eundem inſpexi, & nullus dubito, quin ſinguli verſiculi ad unam vel alteram harum ſedecim ſpecierum referri facillimè poſſint. Sic verſus octavus,

סמוכים לעד לעולם
עשוים באמת וישד

Sĕmūkīm | lĕād | lĕōlām
ăsūīm | bĕāmāt | văyīsĕr.

purus eſt bacchiacus, excepto, in ſecundâ ſede, iambo, qui pes, ut ſuprà dixi, in hac ſpecie locum habet. Sed huic quæſtioni, ſine infinito labore, & ſummo otio, quod mihi minimè ſuppetit, ſatisfacere non potero: ſufficiet fontem

* Vide Harii Pſalmos.

† Vide Metricæ Harianæ Confutationem Prælect. de Sacrâ Poeſi ſubjectam.

Digitized by Google

aperuiſſe, & novam rei metricæ Hebræorum inveſtigandæ viam quaſi digito monſtrâſſe.

Nec verò affirmare audeo (quo nihil arrogantius) Hebræi carminis naturam, quæ cæteros latuit, mihi ſoli innoteſcere. Quid enim, poſt inutiles tot doctiſſimorum hominum conatûs, effecturum me confidam? aut cur me pervenire poſſe ſperem ad illud littus, ubi tot ſcriptores admirabiles naufragium paſſi ſunt? Id ſolum innuere volui, cùm linguæ Hebræa atque Arabica ſorores germanæ ſint, veriſimillimum eſſe eas, ſi quando iis poeticè loqui contigerit, iiſdem numeris ac pedibus, & iiſdem ferè metrorum generibus uſas fuiſſe. Ac ſi cui verſûs iſti antiſpaſtici, pæonici, aliique, ſolutæ orationi ſimiliores eſſe videantur, is in mentem revocet, iiſdem metris uſos eſſe poetas eos, qui λυρικοι à Græcis appellantur, & "quos, ut in Oratore "ait M. Tullius, cùm cantu ſpoliaveris, nuda "pœnè remanet oratio." Quod ſi quis hujuſmodi verſiculos neget eſſe poeticos, eidem non videbitur Pindarus aut Bacchylides poeta.

His poſitis, ſine quibus ea, quæ ſequuntur, intelligi nullo modo poterunt, ad amœniora tandem poeſeos Aſiaticæ ſpatia veniamus.

Digitized by Google

⏑ - - | - ⏑ - | - ⏑ - ⏑ | - ⏑ -

Sehureh a | ni vana | uhbenut ye | ruſalem.

ſecundum verò ad quintamdecimam, ſeu *bacchiacam*, ut

⏑ - - | ⏑ - ⏑ | ⏑ - - | ⏑ ⏑ -

Caahli | kedarca | yeriut | Solomeh.

hi enim verſûs in ultimâ ſede (ut dictum eſt) recipiunt anapæſtum. Quod attinet ad Pſalmum undecimum & centeſimum, quem jam expoſuerunt duo eruditiſſimi viri, * alter ſeriò & ſatis infelicitèr, † alter facetè & εἰρωνικως equidem eundem inſpexi, & nullus dubito, quin ſinguli verſiculi ad unam vel alteram harum ſedecim ſpecierum referri facillimè poſſint. Sic verſus octavus,

סמוכים לעד לעולם
עשוים באמת וישר

Sĕmūkīm | lĕād | lĕōlām
ăsūīm | bĕāmāt | văyīsēr.

purus eſt bacchiacus, excepto, in ſecundâ ſede, iambo, qui pes, ut ſuprà dixi, in hac ſpecie locum habet. Sed huic quæſtioni, ſine infinito labore, & ſummo otio, quod mihi minimè ſuppetit, ſatisfacere non potero: ſufficiet fontem

* Vide Harii Pſalmos.

† Vide Metricæ Harianæ Confutationem Prælect. de Sacrâ Poeſi ſubjectam.

Digitized by Google

aperuiſſe, & novam rei metricæ Hebræorum inveſtigandæ viam quaſi digito monſtrâſſe.

Nec verò affirmare audeo (quo nihil arrogantius) Hebræi carminis naturam, quæ cæteros latuit, mihi ſoli innoteſcere. Quid enim, poſt inutiles tot doctiſſimorum hominum conatûs, effecturum me confidam? aut cur me pervenire poſſe ſperem ad illud littus, ubi tot ſcriptores admirabiles naufragium paſſi ſunt? Id ſolum innuere volui, cùm linguæ Hebræa atque Arabica ſorores germanæ ſint, veriſimillimum eſſe eas, ſi quando iis poeticè loqui contigerit, iiſdem numeris ac pedibus, & iiſdem ferè metrorum generibus uſas fuiſſe. Ac ſi cui verſûs iſti antiſpaſtici, pæonici, aliique, ſolutæ orationi ſimiliores eſſe videantur, is in mentem revocet, iiſdem metris uſos eſſe poetas eos, qui λυρικοὶ à Græcis appellantur, & "quos, ut in Oratore "ait M. Tullius, cùm cantu ſpoliaveris, nuda "pœnè remanet oratio." Quod ſi quis hujuſmodi verſiculos neget eſſe poeticos, eidem non videbitur Pindarus aut Bacchylides poeta.

His poſitis, ſine quibus ea, quæ ſequuntur, intelligi nullo modo poterunt, ad amœniora tandem poeſeos Aſiaticæ ſpatia veniamus.

Digitized by Google

⏑ – – | – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –

Sehureh a | ni vana | uhbenut ye | ruſalem.

ſecundum verò ad quintamdecimam, ſeu *bacchiacam*, ut

⏑ – – | ⏑ – ⏑ | ⏑ – – | ⏑ ⏑ –

Caahli | kedarca | yeriut | Solomeh.

hi enim verſûs in ultimâ ſede (ut dictum eſt) recipiunt anapæſtum. Quod attinet ad Pſalmum undecimum & centeſimum, quem jam expoſuerunt duo eruditiſſimi viri, * alter ſeriò & ſatis infelicitĕr, † alter facetè & εἰρωνικως equidem eundem inſpexi, & nullus dubito, quin ſinguli verſiculi ad unam vel alteram harum ſedecim ſpecierum referri facillimè poſſint. Sic verſus octavus,

סמוכים לעד לעולם
עשוים באמת וישד

Sĕmūkīm | lĕād | lĕōlām
ăsūīm | bĕāmāt | văyīsēr.

purus eſt bacchiacus, excepto, in ſecundâ ſede, iambo, qui pes, ut ſuprà dixi, in hac ſpecie locum habet. Sed huic quæſtioni, ſine infinito labore, & ſummo otio, quod mihi minimè ſuppetit, ſatisfacere non potero: ſufficiet fontem

* Vide Harii Pſalmos.

† Vide Metricæ Harianæ Confutationem Prælect. de Sacrâ Poeſi ſubjectam.

Digitized by Google

aperuiſſe, & novam rei metricæ Hebræorum inveſtigandæ viam quaſi digito monſtrâſſe.

Nec verò affirmare audeo (quo nihil arrogantius) Hebræi carminis naturam, quæ cæteros latuit, mihi ſoli innoteſcere. Quid enim, poſt inutiles tot doctiſſimorum hominum conatûs, effecturum me confidam? aut cur me pervenire poſſe ſperem ad illud littus, ubi tot ſcriptores admirabiles naufragium paſſi ſunt? Id ſolum innuere volui, cùm linguæ Hebræa atque Arabica ſorores germanæ ſint, veriſimillimum eſſe eas, ſi quando iis poeticè loqui contigerit, iiſdem numeris ac pedibus, & iiſdem ferè metrorum generibus uſas fuiſſe. Ac ſi cui verſûs iſti antiſpaſtici, pæonici, aliique, ſolutæ orationi ſimiliores eſſe videantur, is in mentem revocet, iiſdem metris uſos eſſe poetas eos, qui λυρικοὶ à Græcis appellantur, & "quos, ut in Oratore "ait M. Tullius, cùm cantu ſpoliaveris, nuda "pœnè remanet oratio." Quod ſi quis hujuſmodi verſiculos neget eſſe poeticos, eidem non videbitur Pindarus aut Bacchylides poeta.

His poſitis, ſine quibus ea, quæ ſequuntur, intelligi nullo modo poterunt, ad amœniora tandem poeſeos Aſiaticæ ſpatia veniamus.

Digitized by Google

⏑ – – – | – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ | – ⏑ –

Sehureh a | ni vana | uhbenut ye | ruſalem.

ſecundum verò ad quintamdecimam, ſeu *bacchiacam*, ut

⏑ – – | ⏑ – ⏑ | ⏑ – – | ⏑ ⏑ –

Caahli | kedarca | yeriut | Solomeh.

hi enim verſûs in ultimâ ſede (ut dictum eſt) recipiunt anapæſtum. Quod attinet ad Pſalmum undecimum & centeſimum, quem jam expoſuerunt duo eruditiſſimi viri, * alter ſeriò & ſatis infelicitĕr, † alter facetè & εἰρωνικως equidem eundem inſpexi, & nullus dubito, quin ſinguli verſiculi ad unam vel alteram harum ſedecim ſpecierum referri facillimè poſſint. Sic verſus octavus,

סמוכים לעד לעולם
עשוים באמת וישד

Sĕmūkīm | lĕād | lĕōlām
ăsūīm | bĕāmāt | văyīsēr.

purus eſt bacchiacus, excepto, in ſecundâ ſede, iambo, qui pes, ut ſuprà dixi, in hac ſpecie locum habet. Sed huic quæſtioni, ſine infinito labore, & ſummo otio, quod mihi minimè ſuppetit, ſatisfacere non potero: ſufficiet fontem

* Vide Harii Pſalmos.

† Vide Metricæ Harianæ Confutationem Prælect. de Sacrâ Poeſi ſubjectam.

Digitized by Google

aperuiſſe, & novam rei metricæ Hebræorum inveſtigandæ viam quaſi digito monſtrâſſe.

Nec verò affirmare audeo (quo nihil arrogantius) Hebræi carminis naturam, quæ cæteros latuit, mihi ſoli innoteſcere. Quid enim, poſt inutiles tot doctiſſimorum hominum conatûs, effecturum me confidam? aut cur me pervenire poſſe ſperem ad illud littus, ubi tot ſcriptores admirabiles naufragium paſſi ſunt? Id ſolum innuere volui, cùm linguæ Hebræa atque Arabica ſorores germanæ ſint, veriſimillimum eſſe eas, ſi quando iis poeticè loqui contigerit, iiſdem numeris ac pedibus, & iiſdem ferè metrorum generibus uſas fuiſſe. Ac ſi cui verſûs iſti antiſpaſtici, pæonici, aliique, ſolutæ orationi ſimiliores eſſe videantur, is in mentem revocet, iiſdem metris uſos eſſe poetas eos, qui λυρικοὶ à Græcis appellantur, & "quos, ut in Oratore "ait M. Tullius, cùm cantu ſpoliaveris, nuda "pœnè remanet oratio." Quod ſi quis hujuſmodi verſiculos neget eſſe poeticos, eidem non videbitur Pindarus aut Bacchylides poeta.

His poſitis, ſine quibus ea, quæ ſequuntur, intelligi nullo modo poterunt, ad amœniora tandem poeſeos Aſiaticæ ſpatia veniamus.

Digitized by Google

CAPUT III.

القصيدة

SIVE

De Idyllio Arabico.

PERANTIQUUM & præcipuè *Arabibus* excultum poematis genus eſt, quod قصيدة *kasída* vocatur. Quod ad *kasídæ* formam attinet, primi verſiculi ſimiliter deſinunt, & deinde per totum poema verſûs pares ſimilibus ſonis terminantur: debet autem poema modicæ eſſe magnitudinis; rarò enim aut plura quàm centum diſticha complectitur, aut pauciora quàm viginti: ſunt tamen nonnulla quæ ſeptem tantùm continent, velut * illud de laudibus collegii cujuſdam, cui præfuit vir eximiè doctus, *Abu Hanífa*.

فلها به فضل علي الاقران
ما بان في الاغصان فضل البان *
قد انبت الرحيم في محرابها

* Shecardan, cap. v.

Digitized by Google

زهراً كدّر قلايد العقيان *
فكانه كسري انوشيروان قد
وضعوا عليه التاج في الايوان *
لو لم تبت وابو حنيفة شيخها
ما شبهت بشقايق النعمان *
خبر يطوف بهصر بحر علومه
حتي كان الناس في الطوفان *
يثني اليها العلم فهي زمامه
وابو حنيفتنا الامام الثان *
وغدت له في البحث كل طريقة
نسبت الي التحقيق والاتقان *

" Ei autem *(collegio)* ob hunc *(virum)* tanta
" eſt præ cæteris excellentia, quanta inter
" ramos eniteſcit præſtantia myrobalani.
" Succreſcere facit Deus in ſancto ejus receſſu
" florem, qui auri puri monilia obſcura
" reddit.
" Tanquam eſſet (Perſarum rex) *Coſri Anuſhir-*
" *van,* cui in palatio corona imponitur.
" Niſi ita ſtaret, eſſetque præſes ejus *Abu Ha-*
" *nifa,* non eſſet cùm anemonis *(ob eximiam*
" *pulchritudinem)* comparatum.
" Felicitur *Ægyptum* circumdat mare doctrina-

Digitized by Google

" rum ejus, adeò ut populus diluvio inun-
" detur.
" Flectitur in illud *(collegium)* doctrina, est au-
" tem tanquam habena ejus, & Abu Hanifa,
" sacerdos noster, eam flectit.
" In disputationibus autem singuli cursûs ad ve-
" ritatem investigandam, & pernoscendam
" scientiam referuntur."

Hoc tamen statui potest: ea carmina quæ ex paucioribus quàm viginti constant distichis, si amores, lusûs, ac delicias continent, esse inter Odas recensenda, at si laudationem, si vituperium, si præcepta moralia, si quid heroicum, si quid tandem funebre & luctuosum complectuntur, ad horum poematum, seu *kasidarum* classem, referri posse. Atque hæc poematis species elegiæ nostræ nec undequaque convenit, nec est tamen prorsûs dissimilis. Hoc autem inter eam & elegiam maximè videtur intercesse, quod hæc in amore aut tristitiâ plerumque versetur, illa verò intra nullius argumenti limites restringatur, sed vel præcepta, vel querimoniam, vel laudationem, vel delicias ac lusûs, vel vituperationem possit complecti. Sed mos erat perpetuus antiquis Arabum poetis, aut ab amoribus poema ordiri, aut amorum descriptionem medio poemati aptè intexere; deinde equum aut camelum describere, quo vecti ad amicarum tentoria ac-

Digitized by Google

cederent; & poſteà ad argumentum præcipuum uberiùs tractandum properare, donec per ſuavem rerum varietatem carmen deducentes, lapſu quodam molli & æquabili, in clauſulam quaſi ſubitò caderent. Hæc autem mihi attentè conſideranti, videtur hoc poematis genus Εἰδυλλιω Græcorum mirificè congruere. Sic *Abi'l Olæ* nobiliſſimum illud poema in laudem principis Sáïd, Theocriti Ἐγκωμιω εἰς Πτολεμαιον convenit; niſi ſit potiùs ob audaciſſimas figuras & crebras à propoſito declinationes, cum Pindari odis conferendum. *Tograi* porrò carmen in primis politum atque elegans, ad Idyllii, quod Χαριτες inſcribitur, naturam videtur accedere; nam ut in hoc vituperatur Hieronis atque aliorum avaritia, ſic in illo, amicorum perfidia ac fortunæ temeritas reprehenditur. Itaque inter Idyllia recenſeo venuſtiſſimum illud carmen *Caab Ben Zoheir*, & illud, quod *Bordah* appellatur, & cui amores, ut aſſolet, intexuntur: velut in illis molliſſimis verſibus,

الحسب الصبّ ان الحبّ منكتم
ما بين منسجم منه ومضطرم *
لولا الهوي لم ترق دمعاً علي طلل
ولا ارقت لذكر البان والعلم *

Digitized by Google

فكيف تنكر حبّاً بعد ما شهدت
به عليك عدول الدمع والسقم *

" Putatne amator, amorem celatum iri,
" Qui partim effusis lachrymis, partim cordis
" ardore detegitur?
" Nisi amares, non lacrymâsses ob ruinosa
" domicilia,
" Neque ob myrobalani & collis recorda-
" tionem insomnis esses.
" Quî itaque amare te neges, siquidem testes
" sunt
" In te veri, pallor ac lachrymarum effusio *?"

Sed longè omnium celeberrima in hoc genere poemata ea sunt septem Idyllia, quæ, ob eximiam elegantiam, in templo Meccano suspensa fuisse memoriæ proditum est. Atqui de iis prolixè disserere, non est necessarium: hujus enim linguæ cultoribus tam nota sunt, quàm Græcarum literarum studiosis Pleias illa Ægyptia †. Prætereà de illis ita fusè, ita eruditè disseruit Reiskius nihil ut dici melius possit: quamvis majorem esset laudem consecutus, si modum

* Vide Poema hoc *Lugduni* editum, & à viro erudito Jo. Uri quàm accuratissimè versum.

† Lycophron, Homerus Junior, Nicander, Philicus Theocritus, Aratus, Apollonius.

Digitized by Google

tenere potuiſſet; nimis enim ob variæ eruditionis copiam effunditur ac redundat.

Septem his Idylliis diſpari in genere laus propè ſimilis tribuitur. *Amralkeiſi* poema molle eſt, lætum, ſplendidum, elegans, varium, venuſtum: *Tarafæ* audax, incitatum, exultans, quadam tamen hilaritate perſperſum: *Zoheiri* acutum, ſeverum, caſtum; præceptis moralibus, ac ſententiis plenum graviſſimis: *Lebidi* leve, amatorium, nitidum, delicatum, & ſecundæ Virgilii eclogæ non diſſimile; queritur enim de amicæ faſtu ac ſuperbia; divitias etiam ſuas, ut Virgilianus ille Corydon, enumerat, ſuas denique virtutes, ſuæque tribûs gloriam in cœlum effert: *Antaræ* porrò carmen elatum eſt, minax, vibrans, magnificum, cum quadam etiam deſcriptionem atque imaginum pulchritudine: *Amri* vehemens, excelſum, & glorioſum; *Harethi* denique pleniſſimum ſapientiæ, acuminis, dignitatis. Sunt autem *Amri* atque *Harethi* poeticæ quodammodò orationes, inter ſe, ut Æſchinis illæ ac Demoſthenis, contrariæ: habitæ ſunt enim in quodam Arabum conventu ad fœdus inter duas tribûs faciendum congregato. Suam autem *Hareth Ben Helza* vehementiſſimo animi impetu, arcui ſuo, more Aſiatico, innixus, effudiſſe ex tempore dicitur. De ſingulis horum poematum elegantiis commodior erit

Digitized by Google

aliquando differendi locus: nunc de primo ſolùm, *Amralkeiſi* ſcilicet, loquar.

Eſt igitur hujus poematis dictio læta, picta, florida, animata, & ad ſuavitatem ac delicias unicè comparata: imaginibus abundat ita ſplendidis, comparationibus ita variis ac delicatis, ita tandem lectis & exquiſitis coloribus verborum, & nitidis figurarum luminibus, ut divinum illud Salomonis carmen propè æquare videatur. Operæ pretium erit pulcherrimi hujus Idyllii argumentum exponere, & deinde præcipuas imaginum & comparationum venuſtates delibare.

Deflet initiò amicarum diſceſſum, duos ſodales allocutus, quos ſecum affert, ad deſerta manſionum veſtigia intuenda. Hæc inſpiciens, lacrymat, queritur, deſperat. Socii eum ſolari cupiunt: at ſolatium repellit. Illi verò haud minùs dura eum anteà paſſum eſſe affirmant: *Sed enim tunc*, inquit, *cum diſcederent amicæ meæ, & ſuaviſſimus odor ab iis afflatus eſſet,*

فاضت دموع العين مني صبابة
على النحر حتي بل دمعي محملي

" Effundebantur ob deſiderium ex oculis meis
" lachrymæ uſque eò, ut in gremium defluentes
" balteum meum madefacerent." Reſpondent; *Verùm hanc mœſtitiam lenire debet præteritæ hi-*

Digitized by Google

laritatis recordatio, ſæpè enim cum illis jucundè vixiſti. Hac conſolatione aliquantulùm levatus poeta, hilariores quoſdam dies commemorat; delicias quaſdam deſcribit, & amatoria ſua colloquia cum formoſiſſimis puellis *Oneiza* & *Fathima*, mirâ jucunditate, recitat. Gloriatur ſe virginem pulcherrimam amaviſſe, & per medias haſtas ac media pericula, ad eam uſque adeò perrexiſſe, donec optato fueretur laboris fructu. Amorem deinde collaudat, cujus reprehenſores irridet. Poſteà ſeipſum ob fortitudinem laudat & conſtantiam, quâ per valles incultas ac tenebroſas noctu incedit. Tum equum nobiliſſimè pingit; venationem deſcribit, & poſt eam, epulas; ac tandem cum eximiâ imbris deſcriptione, poema claudit. Ad ſummam, hoc Idyllium (quod ad minorem illam poeſeos dramaticæ ſpeciem pertinet) deliciis ac ſuavitatibus abundat, & cum venuſtiſſimis Europæorum poetarum eclogis poteſt comparari. Quàm læta & vivida hæc eſt ſimilitudo!

اذا قامتا تضوع المسك منهما

نسيم الصبا جاءت بريّا القرنفل

" Cùm duæ puellæ aſſurgerent, afflatus eſt
" ab illis odor,
" Tanquam zephyrus auram * floris Indici
" perferens."

* Anglicè *clove-gilly-flower.*

Digitized by Google

qua comparatione creberrimé utuntur poetæ Perſici; ut Hafiz,

نسیم صبح عنبر بوست امروز
مگر یارم ره صحرا گرفتست

" Aura matutina ambari hodiè odorem habet,
" Forſan, puella mea in prato incedit."

& alibi ſæpiùs. Similiter * alius, amicam accedentem deſcribens, ait belliſſimè,

مگر نسیم صبا از چمن رسید
یا کاروان مشک زراه ختن رسید

" Suaviſne aura ex hortulo proveniens ſpirat?
" An moſcho onuſta caterva exviâ *Khoteni*
" redit?"

Alias proferamus comparationes non minùs venuſtas:

اذا ما الثريا في السماء تعرضت
تعرض اثناء الوشاح المفصل

" Cùm in cœlo ſplenderent Pleïades,
" Tanquam extrema pars chlamydis margaritas ornatæ."

Comparatur æther cœruleus cum puellæ veſte, Pleïades verò cum gemmis ſuper eam ſparſis.

* Vide Herbelotum in voce *Khoten*, pag. 999.

Digitized by Google

Pulchrè eaſdem comparat *Mohammed Ben Abdalla el Catib* cum gemmâ *Turcheſâ* margaritis diſtinctâ,

حكت طبقا فيروزجيا اديمه

نثرت عليه سبع حبات لؤلؤ

" Similes ſunt (Pleïades) vaſi è gemmâ cœ-
" ruleâ facto,
" Super quod ſparguntur ſeptem margaritæ."

مهفهفة بيضاء غير مفاضة

ترايبها مصقولة كا لسجنجل

" Gracilis puella, ſplendida, non amplum
" habens corpus,
" Cujus pectus politum eſt tanquam ſpecu-
" lum."

Poteſt etiam reddi tanquam * *argentum liquidum.*

تصدّ وتبدي عن اسيل وتتقي

بناظرة من وحش وجرة مطفل

" Se avertit, ac detexit molles genas, cir-
" cumſpiciens,
" Tenero aſpectu velut timida hinnulorum
" mater,"

Confert languidos puellæ oculos, amoris pleniſſimos, cum cervæ tenerrimo aſpectu.

* Vide Kamûs in voce سجنجل

Digitized by Google

وجيد كجيد الريم ليس بفاحش
اذا هي نصته ولا بمعطل

" Collum ejus, ficut collum capreolæ non
" invenuſtum,
" Cum illud erigat, nec monilibus carens."

Quicunque الظبي pulcherrimum animal aſpexerit, hujus comparationis elegantiam & ſuavitatem perſpiciet.

وفرع يزين المتن اسود فاحم
اثيث كقنو النخلة المتعثكل

" Crines, qui tergum ornant, nigri, imò ni-
" gerrimi,
" Denſi, tanquam racemi palmæ copioſi."

Eandem ſimilitudinem innuere videtur Salomo, licet capillos haud nominet:

אשכל הכפר דודי לי
בכרמי עין גדי

" Racemus uvarum dilectus meus mihi,
" In hortis Eingedi."

Certè Græci cincinnos plexos & nigros cum uvarum racemis creberrimè comparant.

وكشح لطيف كالجديل مخصر
وساق كانبوب السقي المذلل

Digitized by Google

" Medium ejus corpus funiculo tenui ſimile,
" Crus autem palmæ aquâ rigatæ remiſſo
" ſurculo."

تضي الظلام بالعشاء كانها
منارة ممسي راهب متبتل

" Caliginem noctis illuminat, velut
" Lampas viri ſolitarii, veſpertini, abditi."

كبكر المقاناة البياض بصفرة
غداها نمير الماء غير محلل

" Similis eſt (facies ejus) margaritæ partim
" candidæ, partim flavæ,
" Quam nutrivit dulcis aqua, non turbata
" viatoribus."

Pulchrior eſt nimirùm color margaritæ, quæ non ſit puri candoris.

Poſſunt hæc atque alia hujus poematis loca cum Salomonis * delicatis illis ac venuſtis deſcriptionibus comparari; cujus ſanctiſſimum carmen inter Idyllia Hebræa recenſendum puto.

Inter poetas recentiores facilè omnibus præſtat *Ebno'l Faredh*, cujus elegans volumen in Academiæ bibliothecâ vidimus: unam hujuſce ſcriptoris elegiam, quæ imagines Arabum campeſtrium luculentè demonſtret, libet huic capiti ſubjungere.

* Cap. iv. & v. 9—16.

Digitized by Google

قال ابن الغارض

ابرق بدا من جانب الغور لامع
ام ارتغت عن وجه ليلي البراقع
انار الغضا ضاءت وسلمي بذي الغضا
ام ابتسمت عما حكته المدامع
انشر خزامي فاح ام عرف حاجر
بامّ القري ام عطر عزة ضايع
الا ليت شعري هل سليمي مقيمة
بوادي الحمي حيث المتيم والع
وهل لعلع الرعد الهتون بلعلع
وهل جادها صوب المزن هامع ب
وهل اردن ماء العذيب وحاجر
جهاراً وسر الليل بالصبح شايع
وهل قاعة الوعساء مخضرة الرباء
وهل ما مضي فيها من العيش راجع
وهل بربا نجد فتوضح مسند
اهيل النقا عما حوته الاضالع
وهل بلوي سلع يسل عن متيم
بكاظمة ما ذا به الشوق صانع

Digitized by Google

وهل عذبات الرند تعطف نورها
وهل سلمات بالحجاز ايانع
وهل اثلات الجزْع مثمرة وهل
عيون عوادي الدهر عنها هواجع
وهل قاصرات الطرف عِيْن بعالج
علي عهدي المعهود ام هو ضايع
وهل ظبيات الرقمتين بعيدنا
اقمن بها ام دون ذلك مانع
وهل فتيات بالغوير تريننى
مرابع نعم نعم تلك المرابع
وهل ظل ذاك الضال شرقي ضارج
ظليل فقد روته مني المدامع
وهل عامر بعدنا شعب عامر
وهل هو يوماً للمحبين جامع
وهل امّ بيت الله يا امّ مالك
عريب لهم عندي جميعا صنايع
وهل نزل الركب العراقي معرفا
وهل شُرعت نحو الخيام شرايع
وهل رقصت بالمازمين قلايص
وهل لقباب البيض فيها تدافع

Digitized by Google

لعل اصبحابي بهكة يبردوا
بذكر سليمي ما تجنّ الاضالع
وعلي الليلات التي قد تصرمت
تعود لنا يوماً فيظفر طامع
ويفرح محزون ويحو متيم
وياءنس مشتاق ويالتذّ سامع

Hoc eſt ferè ad verbum,

" Fulgurne apparet ex latere vallis rutilans?
" an amoventur è facie Leilæ *puellæ* vela?
" Igniſne inter *arbores dictas* Gadha ſplendet,
" dum Solima in loco his arboribus conſito
" commoratur? an renident, ſupra quam dici
" poteſt, illius oculi?
" Odorne *herbæ* Khozámi ſpirat? an Hageri
" fragrantia ex matre urbium, *Mecca?* an
" dulcis halitus Azzæ *puellæ* diſpergitur?
" Hui! utinam ſcirem num habitet Soleima in
" valle inacceſſâ, ubi amator deſperans luget.
" *Cupia autem ſcire*, num ſonet adhuc tonitru
" plena, *nubes* pluvioſa in Laláo *monte*, &,
" num irriget eum effuſio pluviæ manantis:
" Num hauriam *ampliùs* aquam Azibi & Ha-
" geri, apertè dum arcanum noctis ab Aurorâ
" detegitur:

Digitized by Google

" Num planities arenoſa virides habeat colles;
" & num vita, quæ in ea tranſacta eſt, ſit
" aliquando tandem reditura:
" Num in collibus *Najdi* & *Taudhi* ſit qui nar-
" ret, O dulcis amicule, de eo *ardore* quem
" pectora ſua contegunt:
" Num in arenæ cumulo *montis* Salái, roget
" quiſpiam de amatore perdito in *Cadhemâ*,
" *dicens*, Ecquid eſt in eo quod amor efficiat?
" Num ramuli myrtei decutiant flores ſuos, &
" num *arbores* Salamæ in *regione* Hegiáz ma-
" tureſcant:
" Num myricæ vallis floreſcant, & num adverſæ
" fortunæ oculi procul ab illis dormiant:
" Num puellæ demiſſis oculis, iiſque amplis, in
" *loco* Alija, fidem ſervent, an negligant:
" Num hinnuli Rakimatein *duorum hortulorum*
" procul à nobis commorentur in iis, an ſit
" qui eos prohibeat:
" Num virgines in valliculâ monſtraturæ ſint
" mihi vernas Noamæ *puellæ* ſedes; O ſedes
" dulciſſimas!
" Num loti ſylveſtris umbra, quæ lotus orienti
" ſoli exponitur in *Dharijâ*, ſpiſſa *adhuc ma-*
" *neat*; certè *illam arborem* oculi mei lacry-
" mis irrigabant:
" Num colitur, nobis abſentibus, vallis Ameri,
" & num vallis iſta amatoribus congrediendi
" locus unquam futura ſit:

Digitized by Google

" Num templum Meccanum, O mater Malikæ,
" petiverint Arabes adoleſcentuli, quibus om-
" nibus ob benefacta gratiæ à me habendæ
" ſunt;
" Num cœtus equitum Chaldæorum deſcende-
" rint in *monte* Arafat religionis ergo; &
" num apud tentoria patefactæ ſint leges
" *Mohammedis:*
" Num ſaliant in anguſtiis *Meccæ & Arafæ,*
" camelæ juvencæ, & quatiantur inter eas
" albæ *dorſorum* turriculæ:
" Num ſalutet Solima lapidem apud quem fœ-
" dus noſtrum fuerat, & premat eum di-
" gitis:
" Forſan amiculi mei in Meccâ extinguent, re-
" cordatione Soleimæ, *ignem* quem eorum
" celant pectora:
" *Spero autem* noctes, quas tranſegimus, reditu-
" ras nobis aliquando, ut exultet perditè
" amans,
" Et gaudeat triſtitiâ oppreſſus, & vivat amore
" percitus, & ſocietatem petat deſiderio fla-
" grans, & delectetur quicunque hæc au-
" diet."

Hoc poema verſibus elegiacis reddere conati ſumus, vel potiùs imitari, aliis ſententiis paullulùm mutatis, aliis omninò rejectis, ita tamen ut elegiæ Arabicæ forma atque argumentum ſatis accuratè ſerventur.

Digitized by Google

Fulgur an è denſâ vibratum nube coruſcat?
An roſeas nudat *Leila* pudica genas?
Bacciferumne celer fruticetum devorat ignis?
Siderea an *Solimæ* lumina dulcè micant?
Nardus an *Hageri*, an ſpirant violaria *Meccæ*,
Suavis odoriferis an venit *Azza* comis?
Quàm juvat ah! patrios memori tenuiſſe receſſûs
Mente, per ignotos dum vagor exul agros!
Valle ſub umbroſâ, pallens ubi luget amator,
Num colit aſſuetos mollis amica lares?
Jamne cient raucum præfracta tonitrua murmur
Montibus, effuſæ quos rigat imber aquæ?
An tua, dum fundit primum lux alma ruborem,
Lympha, *Azibe*, meam pellet, ut antè, ſitim?
Quot mea felices vidiſtis gaudia, campi,
Gaudia væ! miſero non renovanda mihi?
Ecquis apud *Nagedi* lucos aut paſcua *Tudæ*
Paſtor amatorum ſpeſque metûſque canet?
Ecquis ait, gelidâ *Salæ* dum valle recumbit,
Heu! quid *Cademeo* in monte ſodalis agit?
Num graciles rident hyemalia frigora myrti?
Num viret in ſolitis lotos amata locis?
Num vernant humiles in aprico colle myricæ?
Ne malus has oculus, ne mala lædat hyems!
An mea *Alegiades*, dulciſſima turba, puellæ
Curant, an zephyris irrita vota dabunt?
An viridem ſaliunt, nullo venante, per hortum
Hinnuleique citi, capreolique leves?
Viſamne umbriferos, loca dilectiſſima, ſaltûs,
Ducit ubi facilem læta *Noama* chorum?
Num *Daregi* ripas patulâ tegit arbutus umbrâ,
Ah! quoties lacrymis humida facta meis?
Grata quis antra colit, nobis abſentibus, *Amri*,
Antra puellarum quàm benè nota gregi?
Forſan amatores *Meccanâ* in valle reductos
Abſentis *Solimæ* commeminiſſe juvat.

Digitized by Google

Tempus erit, levibus quo pervigilata cachinnis
Nox dabit unanimi gaudia plena choro;
Quo dulces juvenum spirabit cœtus amores,
Et lætos avidâ combibet aure modos.

Digitized by Google

CAPUT IV.

الغزل

SIVE

De Carmine Perſico.

ALTERA poematis ſpecies quâ utuntur Aſiatici, & ex iis præcipuè Perſæ, الغزل ſeu *carmen amatorium*, vocatur. Hujus autem carminis leges inſigniores ſunt, ut ſit breve, ut varium, ut venuſtum: breve, nam pluribus quàm ſeptendecim diſtichis conſtare nequit, & ſeptem tantùm aut octo plerumque complectitur; varium, utpote cujus ſinguli verſûs ſingulos habeant ſenſûs, qui vix ullo inter ſe nexu cohæreant; venuſtum, quia imaginibus lætis ac floridis abundat, quas pœnè neceſſariò ſubſequitur verborum pulchritudo ac nitor. Duo porrò primi uniuſcujuſque Odæ verſiculi ſimiliter deſinant oportet, idemque ſonus per totum carmen in verſiculorum parium fine continuatur. In ultimo autem verſu, vel ſaltem in eo qui ultimum præcedit, poeta nomen ſuum artificiosè & jucundè intexit. Quæ res ut clariores red-

Digitized by Google

dantur, ſubjiciam carmen venuſtiſſimum, à poetâ admirabili *Hafez* ſcriptum, quem in hoc opere ſæpiſſimè laudabo;

دوستان وقت گل آن به که بعشرت کوسیم
سخن پیر مغانست بجان نیوشیم

" Amici, roſarum tempore, melius eſt hila-
" ritati curam impendere;
" Vox eſt ſenis tabernarii animæ noſtræ;
" ne cunctemur."

نیست در کس کرم ووقت طرب میگذرد
چاره آنست که سجاده بمي بغروشیم

" Nemini eſt mœſtitia; at lætitiæ tempus
" avolat;
" Illud nobis erit auxilium, ut * ſacrum ſtra-
" gulum vino permutemus."

خوش هوایست فرح بخش خدایا بفرست
نازنیني که برویش مي گلگون نوشیم

" Dulcis aura eſt, gaudium præbens; mitte,
" ô fauſtum numen,
" Laſcivam puellam, quâ præſente vinum
" roſeum bibamus."

* Super quo ſe proſternunt *Mohammedani*, cum preces fundunt.

Digitized by Google

ارغنون ساز فلك رهزن اهل هنرست
چون ازين غصه نناليم وچرا نخروشيم

" Lyram apta: fortuna proborum hominum
" prædatrix eſt;
" Siquidem ob illum dolorem non queramur,
" cur non clamorem excitemus?"

كل بجوش آمد وازمي نزديمش آبي
لاجرم زآتش حرمان وهوس درجوشيم

" Roſa cum ſtrepitu venit: annon è vino
" aquam illidemus?
" Præcipuè cum igne amoris & deſiderii tu-
" multuemur."

حافظ اين حال عجب با كه توان كفت كه ما
بلبلانيم كه در موسم كل خاموشيم

" O Hafez, mirum eſſet ſi quis poſſet dicere,
" Nos luſcinias eſſe, & tempore roſarum filere."

Hæc verti, ut multa ejuſdem poetæ; exemplum ſecutus amiciſſimi & nobiliſſimi viri Caroli Revizkii, qui ſemper eſt à me honorificè nominandus*:

Jam roſa purpureum caput explicat. Adſit, amici,
Suavis voluptatum cohors:
Sic monûere ſenes.

* Vide *Specimen Poeſeos Perſicæ* Vindobonæ editum.

Digitized by Google

Nunc læti ſumus: at citiùs læta avolat ætas.
Quin ſacra permutem mero
Stragula nectareo?

Dulcè gemit zephyrus. Ridentem mitte puellam,
Quam molli in amplexu tenens
Pocula læta bibam.

Tange chelyn. Sævit fortuna; at mitte querelas.
Cur non canoros barbiti
Elicimus modulos?

En! florum regina nitet roſa. Fundite vini,
Quod Amoris extinguat facem,
Nectareos latices.

Suavè loquens Philomela vocor: Quî fiat ut umbrâ
Tectus roſarum nexili
(Veris avis) taceam?

Hæc Ode longâ explicatione non eget. Pauca tamen hic breviter notanda ſunt, ad ultimi verſûs ſuavitatem intelligendam, quæ * aliàs fuſius exponam. Primùm poetæ Aſiatici ſeipſos cum luſciniis ſæpiſſimè comparant; quæ res à poeſi Græcâ haud multum abhorret: ſic enim, ſi memini, Anacreon:

Ορνις γενεσθαι θελομαι
Λιγυμυθος αηδων.
'Αναπετομαι δη προς Ολυμπον
Πτερυγεασι κεφαις. πετομαι δ' οδον
Αλλοτ' επ' αλλαν μελεων.

Deinde, reſpicit poeta fabulam illam jucundiſſi-

* Vide Caput *De Imaginibus Poeticis.*

Digitized by Google

mam, & in Asia pervagatam, de luscinia & rosæ amoribus, de quâ in capite *de Imaginibus* uberius differam. Dicit itaque, *fierine potest quin, cùm rosæ, floris dilectissimi, pulchritudinem intuear, lætitiâ me efferam, & in dulcem modulationem erumpam?* Quæ imago quàm hilaris est, quàm vivida! & ut clariùs ostendam, quantum jucunditatis poesi Persicæ afferant ab hac fabellâ depromptæ imagines; aliud ejusdem poetæ carmen exponam, breve illud quidem, sed, ut ait poeta,

Χαριτων αωτον ολυκυν.

& quod pulcherrimum *Gazelæ* erit exemplum.

ساقي بيار باده كه آمد زمان كل
تا بشكنيم توبه دكر درميان كل

" Puer, affer vinum: venit enim tempus ro-
" sarum;
" Ut pietatis vota iterum inter rosas viole-
" mus."

كوري خوار نعرة زنان درچمن رويم
چون بلبلان نزول كنيم آشيان كل

" Hilares, strepentes, in hortum eamus,
" Tanquam luscinia in roseum nidum de-
" scendamus."

درصحن بوستان قدح باده نوش كن
كايات خوشدلي همه آمد بشان كل

Digitized by Google

" In horti receſſu vini cyathum ebibe,
" Nam lætitiæ ſigna juſſu roſæ veniunt."

کل در چمن رسید مشو ایمن ازفراق
یار وشراب جوي وسرا بوستان کل

" Roſa in hortum venit; ne ſis è digreſſûs
" metu omninò vacuus:
" Sodalem, & vinum pete, & palatium ro-
" ſeti."

حافظ وصال کل طلبي همچو بلبلان
جان کن فداي خاک ره باغبان کل

" Hafez, roſarum adventum petis, tanquam
" luſcinia.
" Anima tua pulverem viæ redimat, quà
" roſeti cuſtos incedit."

Hanc Odam, varietatis cauſâ, Græcè imitari ſum conatus, verſibus dactylicis Theocriteis:

Ἔγπιρνα, φιλε ταϊ, γλυκυν οινον ἀφειδεως,
Ηλυθεν γαρ εαρ πολυδαιδαλον, ηλυθεν.
Ἐν ῥοδοις κατακειτ', ὁσα δε χθες ὑπεσχεο
Σαμερον Ζεφυροις μαλακαιπασι δος φερειν.
Αμμες δε, στεφανοις θαλεροις πεπυκασμενοι
Ἀβρα μειδιοωντες, ἑταιρε, χορευσομεν,
Ως δ' ἀηδονες ἐζομεναι ἐπι δενδρεω
Κλισμω ἐν ῥοδινω κατακεισομεθ' ἀδεως.
Εἰς καπον, φιλε κωρε, βαδιζε βαθυσκιον,
Παιδα δ' ευραθαμιζγα μελιφρονα ἀμπελα
Χρυσεαις ἐν φιαλαισιν ἀμυστι συνεκπιε,

Digitized by Google

Τερψις γαρ Γλυκυτης τε ροδοχροος ερχεται.
Ὁρας, ὡς ῥοδεον πεταλον Ζεφυρω γελα.
Αυριον δε ταχ' ισακις ουκ απολαμψεται.
Νυν δε νεκταρεας βοτρυων ῥανιδας πιε,
Κεισο δ' ἐν ῥοδεοις λιπαροχροος ἀνθεσι,
Κηρην δε ῥαδινοις μελεεσθι πεδερχεο.
Ἐγων μαν ὑπ' ερωτι ῥοδων ἀπαλοχροων
Δαχθεις τακομαι, ὡς λιγυφωνος ἀηδονις,
Χρην σ' αρ', ω φιλον ητορ, ὑπερφιλεειν κονιν
Βησθων, ενθα ῥοδων μελετωρ ἐπινισσεται.

Hactenus de Odæ Aſiaticæ formâ & ſtructurâ. Sequitur ut de argumento ejus diſſeram. Nam de numeris in ſecundo capite ſatis, ut arbitror, dictum eſt. Complectitur autem hæc carminis ſpecies vel vini ac deliciarum, vel *των ἐρωτικων*, vel humanæ pulchritudinis, vel amœnitatum ac rerum naturalium ſuavem & floridam deſcriptionem.

Perſpicuum eſt adeò Odam ex jucundiſſimis animi affectibus originem duxiſſe, Amore ac Lætitiâ. Ac de amatorio quidem carmine, alias pleniùs *. Nunc verò de eo diſſeram, quod ab hilaritate & gaudio profectum eſſe initiò videtur. Amat igitur imagines à naturæ amœnitatibus derivatas; quæ omnium ſunt dulciſſimæ, & cùm omni poeſi, tum præcipuè Aſiaticæ incredibilem afferunt venuſtatem. Nempe in Perſarum atque Arabum carminibus ubique deſcribuntur

* Vide Caput de *Poeſi Amatoriâ*.

Digitized by Google

verni temporis ſuavitates, atque oblectamenta; horti floribus pulcherrimis ornati, roſis, narciſſis, hyacinthis, violis: prata herbis veſtita viridiſſimis; fontes gelidi, amnes perlucidi, pomaria fructuum omnium varietate diſtincta; adde huc, avium delicatiſſimas modulationes, & à moſchiferis hinnuleis afflatos odores; cæteraque omnia, quæ ſenſûs non delectant ſolùm, ſed etiam inſatiabili voluptate perfundunt. Poſſumus itaque hanc poematis ſpeciem legitimam Naturæ progeniem vocare: nam ſi eſſet, qui in ſpeluncâ obſcurâ ſemper habitaviſſet, nec unquam aſpexiſſet vel divinam cœrulei ætheris pulchritudinem, vel naturalium rerum ſplendidiſſimos ornatûs; deinde in Arabiæ Felicis campos repentè fuiſſet aſportatus, non puto fieri poſſe quin, cum flores, herbas, fruges, arbores, & reliqua quæ modò percenſui, vidiſſet, cœleſti quodam inſtinctu inflammaretur, & in cantum ſe effunderet lætum, vividum, audacem, exultantem: & vel illa caneret,

Ver novum, ver jam canorum, vere natus orbis eſt,
Vere concordant amores, vere nubunt alites *.

vel (ſi illum Arabico ſermone uti fingamus) hos † venuſti poetæ verſûs recitaret,

* Pervigil. Veneris. † *Abu Nawas*.

Digitized by Google

تامل في رياض الارض وانظر
الي اثار ما صنع المليك *
عيون من لجين شاخصات
باحداق كها الذهب السبيك *
علي قصب الزمرد شاهدات
بان الله ليس له شريك *

" Contemplator terræ hortos, & aſpice
Veſtigia earum rerum, quas effecit numen divinum;
" Oculos argenti *(narciſſos)* ubique fixos & apertos,
Cum pupillis auro liquefacto ſimilibus,
" Super calamo ſmaragdino, teſtantes
Neminem eſſe Deo parem."

Veriſimile eſt enim illum eodem tempore, quo has naturæ ſuavitates laudaviſſet, & eſſe Deum, & Deum harum rerum effectorem, putaturum fuiſſe; ubi carminum ſacrorum, quæ Græci ὑμνους vocant, videmus originem. Sed de his aliàs *: jam illuc redeo, unde digreſſus ſum.

Reſtat itaque ut de Odæ Aſiaticæ dictione loquar. Ea autem non abeſſe poteſt quin ſit dulciſſima: nam venuſtarum imaginum comes eſt, & quaſi ſoror venuſta oratio; & haud admodum

* Vide Caput de *Laudatione.*

Digitized by Google

facile eſt, niſi deditâ operâ, de rebus jucundis injucundè dicere. Sed quoniam de Venuſtate ſeparatim *, & fuſiùs ſcribere in animo eſt, plura de eodem argumento hic differere non eſt neceſſarium. Expromam igitur ejuſdem Lyrici carmen in primis elegans, & in quod mirum eſt quàm ſplendidæ, quàm hilares, quàm novæ inducantur imagines; quàm exquiſiti verborum colores, quàm nitida figurarum lumina.

بهار و کل طرب انگیز کشت وعهد شکن
بشادي رخ کل ببیخ غم زدل برکن

" Ver & roſa lætitiam excitant, & fœdus violare faciunt;
Ob hilarem roſæ vultum, radicem triſtitiæ è corde evelle."

رسید باد صبا غنچه در هواداري
زخود برون شد ودرتن دریده پیراهن

" Venit zephyrus: roſæ calyx ob levitatem
Extra ſe rapitur, & veſtem, quæ corpus velat, lacerat."

طریق صدق بیاموز زآب صافي دل
براستي طلب آزادکي زسرو چمن

* Vide Caput de *Venuſtate*.

Digitized by Google

" Viam veritatis discè ab aquâ perlucidâ, cor meum,
Æquitatem & libertatem à cupressu horti quære."

زدستبرد صبا کرد کل کلاله نکر
شکنج کیسو سنبل ببین بروي سمن

" A Zephyri violento spiritu circà rosam cincinnos vide;
Plexam hyacinthi cæsariem super jasmini facie aspice."

عروس غنچه پر از زیور تبسم خویش
بعینه دل ودین میبرد بوجه حسن

" Rosæ calyx, tanquam sponsa, risu suo amabili ornatur,
Corda & religionem eorum quos intuitur pulchrâ facie statim surripit."

صفیر بلبل شوریده ونغیر هزار
براي چشن کل آمد برون زبیت حزن

" Lusciniæ amore percitæ modulatio, & strepitus carduelis auditur,
Ob festum diem rosa è tristitiæ domicilio exit."

حدیث قصهٔ دوران ازجام حافظ پرس
بقول مطرب فتوي پیر صاحب فن

Digitized by Google

" Narrationem de fortunæ fabulis à poculo,
Hafez, percontator,
Dum modulatur fidicen, & ſenex ſcientiâ imbutus doctè reſpondit."

Hoc carmen, ob imagines poeſeos Aſiaticæ proprias, Latinis verſibus commodè reddi non potuit.

Jam verò Odæ Aſiaticæ leges ſatis dilucidè (ſpero certè quidem) expoſui, & lectis exemplis illuſtravi: notandum eſt tamen poetas leges haſce interdum negligere; æquum eſt enim illos jure uti ſuo, & regulas, quas ipſi ſcilicet invenerint, ſi collibeat, prætermittere. Itaque, tametſi hanc Odæ ſpeciem maximâ ex parte diſtinguat ſuavitas, nonnunquam tamen elatiorum imaginum quaſi temperationem admittit: velut in illo Ferduſii poetæ admirabilis carmine, quod, etſi amatorium ſit, grande eſt tamen, & ſonorum; licet, ut verum fateamur, nimis turgidum:

شبي در برت کر بر آسودمي
سر فخر بر آسمان سودمي

" Si unâ nocte poſſem in tuo gremio requieſcere,
Excelſo capite cœlum ipſum ferirem,"

قلم در کف تیز بشکستمي
کلاه از سر ماه بربودمي

Digitized by Google

" Calamum in Sagittarii manu frangerem,
Coronam de lunæ capite diriperem:"

بقدر از نهم چرخ بگذشتمي
به پي فرق گردون بفرسودمي

" A nono cœlo potenter tranſirem,
Arrogantiæ pede orbem terrarum calcitrarem,"

جمال تو گر زانکه من دارمي
بجاي تو گر زانکه من بودمي

" Quòd ſi illic pulchritudinem tuam haberem,
Si illic in tuo loco ſtarem,"

به بیچارگان رحمت آورمي
بدرماندگان بر ببخشودمي

" (Amatoribus) auxilio deſtitutis eſſem miſericors,
Curâ attritis benefacerem."

Hic porrò nomen ſuum in ultimo verſu, quem *Regium* appellant, non induxit; eundemque ſenſum per totum carmen continuat; & quanquam effrenis illa evagandi licentia poetis Lyricis non conceditur ſolum, ſed etiam in iis collaudatur, atque adeò pœnè neceſſaria eſt; in nonnullis tamen carminibus, diſticha arctiſſimo

Digitized by Google

nexu colligantur; & ſenſus per jucundam rerum varietatem leniter & æquabiliter profluens in acumen quoddam deſinit. Utraque ſanè ſpecies ſuam habet pulchritudinem; ſed in diverſo tamen genere; nempe illa naturam & exultantis ingenii impetum præ ſe fert, hæc artem: illa copioſo fluvio ſimilior eſt, hæc perlucido rivulo, quæ multiplici lapſu errans, illuc revertitur, unde defluxerat; quamobrem illa ad poeſin *Aſiaticam* videtur eſſe accommodatior, hæc ad *Europeam*. Tametſi Hafizi carmina longè plurima ad priorem illam ſpeciem referenda ſunt, quædam tamen inter ea ſecundæ formæ pulcherrima præbent exempla; cujuſmodi illud eſt,

عشقبازي وجواني وشراب لعلفام
مجلس انس وحريف همدم وشرب مدام

" Amoris luſûs, adoleſcentia, vinum pyropo ſimile,
Convivium, & ſodalis unanimis, & meri potio,"

ساقي شكردهان ومطرب شيرين سخن
همنشين نيك كردار وانديم نيكنام

" Vini miniſter ore ſaccharco præditus, & cantor dulciloquus,
Amicus beneficus, & compotor bonæ exiſtimationis,"

Digitized by Google

شاهدي از لطف وپاكي همچو آب زندكي
دلبري در حسن وخوبي غيرت ماه تمام

" Puella amata lenitate & moribus aquæ immortalitatis fimilis,
Cordis prædatrix formâ & pulchritudine plenæ lunæ æmula,"

بزمكاهي دلفريب چون قصر فردوس برين
كلشني پيرامنش چون روضهٔ دار السلام

" Convivii locus, cor exhilarans, tanquam paradifi palatium, & in eo
Rofetum undequaque horto domicilii pacis fimile,"

صف نشينان نيكخواه وپيشكاران باآدب
دوستداران صاحب اسرار ومحرميغان دوستكام

" Series comitum benevolorum, & artifices ingenioli,
Amici arcanorum cuftodes, & focii dilecti,"

بادهٔ كلرنك تلخ وتيز وخوشخوار وسبك
نقلي از لعل نكار ونقلي از ياقوت جام

" Vinum rofeum, acre, vividum, guftu dulce, & leve,
Pars ex rubino ornato, pars ex poculo pyropino,"

Digitized by Google

غمزهٔ ساقي بيغماي خرد آهيخته تيغ
زلف جانان از براي صيد آفكندهٔ دام

" Obtutus oculorum puellæ ſagacis tanquam enſis ſtrictus,
Virginum formoſarum cincinni, venandi cauſâ tanquam laquei appenſi,"

نكته داني بزله كو چون حافظ شيرين سخن
بخشش آموزي جهان افروز چون حاجي قوام

" Dictorum ſagacium ſciens, facetè loquens, dulci voce tanquam Hafiz præditus,
Liberalitatem docens, orbem terrarum illuminans, tanquam *Hagi Kovàm* *,"

هر كه اين صحبت نخواهد خوشدلي بروي تباه
وانكه اين عشرت نجويد زندكي بروي حرام

" Hæ ſunt deliciæ, quarum ſocietatem ſi quis non cupit, illi corrupta eſt ſuavitas,
Et quarum jucunditatem ſi quis non petit, illi negatur immortalitas."

Hanc poematis ſpeciem haud multùm excoluiſſe videntur Arabes; nam Elegiæ venuſtatem

* Vir eximiè liberalis, quem non minus ſæpè laudat Hafiz, quàm Mæcenatem Horatius.

Digitized by Google

& elegantiam ſibi quaſi ſuo jure vendicantes, carminis amatorii laudem *Perſis* concedunt; quos Turcæ, ut ſolent, imitantur. Subjiciam tamen carmen Arabicum à poetâ mihi quidem ignoto ſcriptum, ſed ornatum ſummâ numerorum dulcedine, dictionis ſuavitate, imaginum ſplendore, tranſlationum pulchritudine: & quod cùm optimis Perſarum Odis audeo conferre. Complectitur formoſæ adoleſcentulæ deſcriptionem.

قسما بنشوة جفنه وبخصره
وباسهم يرمي بها من سحره *
وبلين عطفيه ومرهف لحظه
وبياض غرته واسود شعره *
وبحاجب منع الكري عن ناظري
وسطا علي بنهيه وبامره *
وعقارب قد ارسلت من صدغه
وسمتّ لقتل العاشقين بهجره *
وبورد خديه وآس عذاره
وعقيق مبسمه ولؤلؤ ثغره *
وبطيب نكهته وسلسال جري
في فيه مع شهد بريقه خمره *
وبجيده مع غصن قامته
ونهود كالرمان في صدره *

Digitized by Google

وبردفه المرتجّ في حركاته
* وسكونه وبرقة في خصره
وحرير ملبسه وخفة روحه
* وبها حواه من الجمال بأسره
وبجود راحته وصدق لسانه
* وبطيب مولده وعالي قدره
ما للمسك ان عرفوه الا عرفه
* والريح طيب نشره في نشره
ولذلك الشمس المنيرة دونه
* وكذا الهلال حكي قلامة ظفره

" Juro per arcum ſupercilii, & per medium corpus,
" Perque ſagittas, quibus faſcinum ſuum vibrat;
" Et per laterum ejus mollitiem, & acutum aſpectûs enſem,
" Et frontis ſplendidi albedinem, & crinium nigrorem,
" Perque ſupercilium, quod ſomnum ab oculo meo abigit,
" Et in me, ſeu jubet ſeu vetat, injuſtè agit.
" Per * ſcorpiones qui à cincinnis ejus emittuntur,
" Et veneno imbuuntur ad necandos amatores ob ejus de-
" ceſſum,
" Perque roſas genæ ejus, & myrtum lanuginis,
" Et rubinum ridentis (labii) & dentium margaritas.
" Et per ſuavem ejus odorem, & aquam dulcè labentem
" Ab ore ejus, cum favis & vini guttulis. (*verba* ſcilicet.)
" Per collum ejus, cum ſtaturæ ejus ramulo,

* Eâdem ſimilitudine utuntur Græci, cum plexos puerorum capillos Σκόρπιους vocant. Vide Schol. Thucyd.

Digitized by Google

" Et mamillas in pectore extantes tanquam mala Punica,
" Tergumque dum movet, leviter vacillans,
" Et dum quiescit, ac per medii corporis gracilitatem,
" Et per sericum tactûs illius, & levitatem spiritûs,
" Ac per omnes pulchritudinis formas, quas complectitur,
" Perque benevolam ejus indolem, & linguæ veritatem,
" Per bonam ejus nativitatem, & potentiæ altitudinem,
" Nullum esse moscho odorem, si illum olfacimus, præter
" odorem hujus *puellæ*,
" Et auram ab ejus halitu, halitum suum dulcem reddere,
" Solem porrò nitidum illi esse inferiorem,
" Ac lunam (si cum illâ comparatur) abjectissimam videri."

Digitized by Google

PARS TERTIA:

De poeseos Asiaticæ figuris, ac dictione.

CAPUT V.

De Imaginibus Poeticis.

JUVAT de imaginibus, quibus ornatur poesis Asiatica, pauca antè dicere, quàm ad figuras seorsim tractandas accedam. Sequor itaque libentissimè in imaginum poeticarum partitione virum illum doctissimum, qui, etsi à me sæpe jam laudatus est, laudandus est tamen sæpiùs *. Is quatuor statuit fontes, à quibus eæ depromantur imagines; nam vel ex *naturâ*, vel ex *vitâ communi*, vel ex *religione*, vel ex *historiâ* desumuntur; quibus fontibus libet quintum addere, quem ille, de veriſſimâ Vatum divinorum poesi differens, admittere non potuit: *fabulas* dico *poeticas*, à quibus cùm in aliarum gentium, tum præcipuè in *Persarum* poesi crebræ ima-

* De Sacra Poesi Prælect. vi. vii. viii. & ix.

Digitized by Google

gines, eæque pulcherrimæ, manare ſolent. Atque hìc repetendum eſt id, quod anteà dixi (& ſæpe profectò dicendum eſt) neminem idoneum eſſe poematum *Aſiaticorum* lectorem, niſi totius Aſiæ *hiſtoriam*, ut vocant, *naturalem* accuratè ſciat, niſi mores earum gentium cognoſcat, niſi ritûs ac diſciplinas animo percipiat, niſi hiſtoriarum varietates memoriâ teneat, niſi porrò variis poetarum figmentis optimè ſit inſtructus. Hæc, inquam, omnia qui non mente complectatur, næ illum Aſiaticæ poeſeos iniquiſſimum judicem audeo dicere. Nam apertiores ſolummodò elegantias videbit, ſed reconditiores & exquiſitiores venuſtates perſpicere nullo modo poterit, &, ut ait in Agamemnone Æſchylus,

———ἐκ καλυμμάτων
Ες-αι δεδορκως νεογαμε νυμφης δικην.

Fingamus enim, verbi causâ, *Arabem* quendam qui *Græco ſermone* ſatis perfectè ſit imbutus, ſed qui prorsùs ignoret, qui fuerint *Jupiter*, *Apollo*, *Bacchus*, alii; qui *Hercules*, *Theſeus*, *Argonautæ*; quis apud inferos *Cerberus*, quæ prata *Elyſia*, quis *Tantalus*, quis *Ixion*, quæ cætera poetarum portenta: demus huic homini, ut alios poetas omittam, *Pindari* carmina propè divina; apertas illas amœnitatum deſcriptiones & omnium gentium communes,

Digitized by Google

Αυραι περιπνευσιν, αν-
θεμα δε χρυσω φλεγει,
τα μεν χερσοθεν, απ' α-
γλαων δενδρεων,
υδωρ δ' αλλα φερβει,
ορμοισι των χερας ανα-
πλεκοντι και σεφανοις *,

percipiet ille quidem, & delectabitur: ſed pergat aliquantulum,

Βαλαις εν ορθαις Ραδαμανθυος
ον πατηρ εχει Κρονος εται-
μον αυτω παρεδρον,
πασις ὁ παντων Ρεας *
ὑπερτατον εχοισας θρονον.
Πηλευς τε και Καδμος εν τοισιν αλεγονται.
Αχιλλεα τ' ενεικ', επει
Ζηνος ητορ λιταις επεισε, ματηρ,
Ος Εκτορ' εσφαλε Τροιας
αμαχον αστραβη κιο-
να, Κυκνον τε θανατω πορεν.
Αης τε παιδ' Αιθιο-
πα—

Hos profectò verſûs pro facillimis, obſcuriſſimos, pro dulcibus, hiantes, pro graviſſimis, ſubinſulſos eſſe autumabit: atque in cæteris ejuſdem poetæ carminibus, ne milleſſimam quidem elegantiarum ac venuſtatum partem intelliget. Similiter eum (ut ab imaginibus à rebus naturalibus depromtis ordiar) qui ad poema vel *Arabicum* vel *Perſicum* legendum accedit, niſi

* Olymp. II.

Digitized by Google

regionis, in quâ verſabatur poeta, ſitum ac proprietates percipiat, fieri non poteſt quin præcipua lateat totius carminis pulchritudo; ſic cùm dicat *Abu Ebadeh Albokhteri* *,

* فكانها تبتسم عن لؤلؤ منضد او برد واقاح
وطرة كالليل مرخية تخجل ضوء الصباح *

" Tanquam ſubrideret (dentes habens niti-
" diores),
" Margaritis conſertis, aut grandine aut an-
" themide:
" Cincinnus ejus, tanquam nox, demiſſus eſt,
" (Facies) ejus lucem auroræ pudore afficit."

& alius,

اخجلت بالثغر ثنايا الاقاح
ياطرة الليل ووجه الصباح

" Dentium tuorum ſplendore florem anthe-
" midis pudore afficis,
" O tu, cujus cincinni nocti ſimiles ſunt,
" facies verò auroræ."

fugiet eum maxima harum ſimilitudinum ſuavitas, niſi ſciat, primùm, *anthemidem* florem eſſe candidiſſimum, de quo *Nicander* in ſecundo *Georgicorum* libro,

* Vide *Haririum Mekam.* II. & *Noctes Arabicas.*

Digitized by Google

Οὐδε μεν Ἀνθεμιδων κενεη γηρυσεται ἀκμη,

& cui poetæ Arabici puellarum dentes frequentiſſimè aſſimilant; deinde, *Arabibus* in tentoriis perpetuò degentibus auroræ exorientis imaginem eſſe notiſſimam, quâ utuntur ſæpiſſimè, cum *albas genas jucundo rubore ſuffuſas* deſcribant. Pariter *Amralkeis*,

وتعطو برخص غير شثن كانه
اساريع ظبي او مساويك اسحل

" Porrigit ea quæ dat, digitis teneris, non duris, tanquam vermibus in arenâ repentibus, aut ligno *Iſhil*."

Quis hunc verſiculum poteſt intelligere, niſi qui ſciat يسروع vermem eſſe longum, candidum habentem corpus, & rubrum caput; cum quo puellæ digiti herbâ quâdam purpureâ tincti comparantur; & *Iſhil* ligni albi eſſe genus, quo defricantur dentes? Ad ſummam, poematum Aſiaticorum lectoribus notum eſſe debet, eorum auctores in regione amœniſſimâ vitam egiſſe, florum, arborum, animalium, aliarumque rerum abundantiſſimâ, quas in *Europâ* non habemus: eas itaque imagines quæ illis dilucidæ ſunt, nobis videri obſcuras, quæ illis pervagatæ, nobis abditas, quæ illis ſplendidæ, nobis temerarias, quæ illis denique ſublimes, lætæ, plenæ, ju-

Digitized by Google

cundæ, nobis abruptas, nimias, tumidas, luxuriosas, dissolutas: sed ad alia pergamus.

Longum esset percensere, quam variæ ac venustæ imagines in poesi *Arabum* ac *Persarum* deriventur vel à moribus, & vitæ communis consuetudine, artibus, ludis ac disciplinis, vel à rebus sacris, ut ab *Alcorano*, & templi *Meccani* ædificio, vel ab historiis regum, heroüm, ac bellorum memorabilium. Verùm si quis de his singulis plenè & copiosè velit disserere, volumen integrum contexat necesse est.

Nunc verò de ultimo imaginum fonte, *fictionibus* scilicet poeticis, pauca dicam. Sunt autem imagines à fabulis derivatæ, ut rectè judicat *Hermogenes* *, jucundissimæ.

Nimium est quantâ cum voluptate & delectatione fabulas & recitatas audiamus, & scriptas legamus. Hoc sensit *Plato*; ideoque illas de *Boreâ* & *Orithyâ*, de *Gige*, & annulo illo mirifico, dulcissimè orationi suæ intexit. Notant contrà dicendi magistri unum tantummodò in horridâ Thucydidis historiâ locum esse jucundum, ubi scilicet *Terei & Philomelæ fabula* inducitur †! Est sanè fictio, poeseos (Hebræam omnium verissimam excipio) quasi anima, sine

* Περι Ἰδεων, lib. ii. cap. iii. περι Γλυκυτητος.

† Pag. 100. Edit. Hudſ. Τηρει δε τω Προκνην την Πανδιονος ἀπ' Ἀθηνων σχοντι γυναικα, προσηκεν ὁ Τηρης ουτος οὐδεν, ουδε της αὐτης Θρακης ἐγενετο, & quæ sequuntur.

Digitized by Google

quâ nec naturam neque etiam nomen retinere poſſit. Ac mirum eſt quantum omnium gentium poeſi hæc figmenta dulcedinem, & ſuavitatem afferant. De *Homero* harum fictionum, ut nonnulli putant, patre atque inventore, quem cùm veteres tum recentiores poetæ imitati ſunt, loqui non eſt neceſſarium. In veteri *Gothorum* poeſi tranſlationes propè omnes à fabulis ſumuntur *: itaque in eâ aurum vocatur *Freyæ lacrymæ*; poeſis, *Odini munus.* Verſûs quoſdam *Peruvianos*, eoſque antiquiſſimos, citat *Garcilaſſus* †; quorum ſenſus hic eſt: " Puella formoſa, frater " tuus pluvioſus, urnulam tuam nunc infrin- " git; cujus ictus tonat, fulget, fulgurat. Tu " vero, puella, jucundos imbres fundis; inter- " dum grandinem ac nivem mittis; rerum om- " nium effector & procreator tibi hoc munus " tribuit." Fingunt enim poetæ *Peruviani* puellam eſſe in cœlo formoſiſſimam, quæ amphoram aquæ plenam manu tenet; quam in terram identidem fundit; ſed hujus puellæ fratrem, hominum generi inimiciſſimum, hanc amphoram interdum frangere, unde tonitrua & fulgura proveniunt. Dicit itaque *Garcilaſſus*, veterum *Yncarum*, ſeu regum, quendam, qui & poeta admirabilis eſſet, & philoſophus inſignis, hoc

* Vide Eddam & Malleti Hiſtor. Dan.

† Hiſtoria de Peru, lib. ii. cap. xxviii.

Digitized by Google

carmen contexuiſſe; additque hos verſiculos inter nodos perveteres ac variis diſtinctos coloribus fuiſſe inventos. Notiſſimum enim eſt Peruvianos pro literis, nodis quibuſdam uſos eſſe. Sed redeamus ad Aſiaticos. Apud eos multæ ſunt pervagatæ fabulæ, quæ etiam in fictas * Europæorum hiſtorias tandem defluxerunt: nam Arioſti *Hippogrifus* nihil aliud eſſe videtur, præter Perſarum *Simorg* avem, de quâ mentio fit in *Sadii* libro *Buſtân*,

چنان پهن خوان کرم کسترد
که سیمرغ در قاف قسمت خورد

" Campum menſæ liberalitatis ita latè ex-
" tendit,
" Ut gryps *(Simorg)* in monte Káf cibi por-
" tionem accipiat."

Eadem avis mirifica in magno Ferduſii poemate inducitur Ruſtemo vulnerato adminiſtrans. Præterea fingunt poetæ Perſici duo eſſe animantium genera ex igne puro confecta, quorum unum benevolum & manſuetum eſſe aiunt & aſpectu venuſtiſſimum, in urbe ſplendidiſſimâ habitans, quam شاد وکام Hilaritatem & Deſiderium vocant; alterum, deforme, ſævum, truculentum, generique hominum infeſtiſſimum, in locis mon-

* *Hiſtorias* videlicet *Romanenſes.*

Digitized by Google

tuosis ac sylvestribus latens; hoc autem genus Persæ ديو, Arabes عفريت appellant, illud پري Peri, & جن Gen nominant, quibus vocibus etiam Europæi utuntur. Sed jucundissima omnium est ea de rosæ & lusciniæ amore fabula, quam frequentèr attingunt poetæ Persici; inde fit ut, cùm in eorum carminibus de rosâ mentio incidat, luscinіæ nomen plurimùm subsequatur; velut in illo disticho,

مغني كجاي كه وقت كلست
چمنها پر از غلغل بلبلست

" Cantor, ubi es? nam rosarum tempus est;
" Horti autem luscinіarum modulis pleni sunt."

sic Gelalo'ddin Ruzbehár in poemate الاشجار ثمرات seu *Fructus arborum* vocato, divinum numen alloquitur,

تا بحمد تو نعره زد بلبل
همه گوش ام چون درخت گل

" Dum laudes tuas modulatè canit luscinia,
" Ex omni parte auris sum, tanquam rosæ
" frutex."

Poetam rosæ folia cum auribus comparare inquit Herbelotus, à quo dissentio. " *Totam au-*

Digitized by Google

rem esse," nihil aliud significat, nisi attentè audire: quam locutionem linguæ etiam Europææ non aspernari videntur.

Similiter quoque Sadi in libro Gulistân,

نه بلبل بر گلش تسبیح خوانست
که هر خاري بتسبیحش زبانست

" Non luscinia solùm rosis insidens laudes
" ejus canit,
" Unaquæque enim spina, ut eum laudet,
" lingua fit."

Et Hafez pereleganter,

گنونکه در کف گل جام بادهٔ صافست
بصد هزار زبان بلبلش در اوصافست

" Nunc cùm in rosæ manu vini puri calix sit,
" Centum mille linguis luscinia illius laudes
" canit."

ubi occulta est comparatio, eaque belliſſima, rosæ enim calyculum, jam se explicantem, & purpureo colore suffusum, cùm vini rubescentis poculo venustè comparat. Idem alibi,

چو در رویت بخندد گل مشو مغرور اي بلبل
که بر گل اعتمادي نیست گر حسن جهان دارد

Digitized by Google

" Cum in vultu tuo ſubridet roſa, ne idcircò
" vanâ ſpe decipiaris, O luſcinia,
" Siquidem roſæ nulla eſt fiducia, licèt totius or-
" bis terrarum pulchritudinem complectatur."

Et

رونق عهد شبابست دکر بستانرا
میرسد مژدهٔ کل بلبل خوش الحانرا

" Splendidum adoleſcentiæ tempus horto re-
" dit,
" Fauſtum roſæ nuncium ſuaviloquæ luſci-
" niæ affertur."

Et

نواي بلبلت اي کل کجا پسند افتد
چو کوش وهوش بهرغان هرزه کو داري

" Modulatio luſciniæ tibi, O roſa, quo modo
" grata eſſe poteſt,
" Dum aurem atque intellectum avibus futilia
" loquentibus præbes?"

hoc eſt, " Quo modo jucunda eſſe poſſunt poetæ
" tui & amatoris carmina, formoſa adoleſcen-
" tula, dum improbis delatoribus fidem habes?"
Solent enim poetæ Perſici ſeipſos cum luſciniis, amicas verò cum roſis ſæpenumerò comparare, velut in pulchro carmine elegantiſſimus Hafez,

Digitized by Google

غرور حسن اجازت مکر نداد اي کل
که پرسشي نکني عندليب شيدارا

" An arrogantia tua ob pulchritudinem te
" non ſinit, O roſa,
" Ut quippiam de luſciniâ amore percitâ
" perconteris?"

Et alibi pari cum venuſtate,

ديگر زشاخ سرو سهي بلبل صبور
کلبانگ زد که چشم بد از روي کل بدور
اي کل بشکر انکه توي پادشاه حسن
با عاشقان بيدل مسکين مکن غرور

" Rursùs è procero cupreſſi ramo luſcinia
" patiens
" Modulos iterat (dicens) Malus oculus à
" roſæ facie procùl abſit!
" O roſa, quòd tu regina ſis pulchritudinis,
" ne idcircò
" Amatoribus tuis excordibus, miſeris, te in-
" humanam præbeas."

Ita porrò idem,

دوشم زبلبل چه خوش آمد که مي سرود
کل کوش پهن کرده زشاخ درخت خويش

Digitized by Google

" Heri quanta mihi dulcedo à luſcinia venit,
" quæ ſuaviter modulata eſt,
" Roſâ aurem explicante à ramo fruticis!"

Eâdem imagine frequentiſſimè utuntur Turcæ, qui Perſas, ut Latini Græcos, ſemper imitantur; ſic poeta in *Humaiun Nâmeh* citatus,

گللم کل کبي بردم اولوب شاد
قلب بلبل کبي الحان وفرياد

" Læti perpetuò veniamus, tanquam roſæ,
" Modulatè canentes & ſtrepentes inſtar luſ-
" ciniæ."

Ita denique Perſicorum poetarum princeps, omniumque forſan poſt Homerum elatiſſimus, in pulchro poemate de Ruſtemi & Asfendiari prœlio, orditur,

کنون خورد باید مي خوشکوار
که مي بوي مشک آید ازکوهسار
همه بوستان زیر برک کلست
همه کوه پر لاله وسنبلست
بپالیز بلبل بنالد همي
کل از ناله او ببالد همي
شب تیر بلبل بخندد همي

Digitized by Google

کل از باد وباران ببندد همي
من از ابر بينم همي باد ودم
ندانم که بلبل چرا شد دژم
بخندد همي بلبل از بوستان
چو بر کل نشيند کشايد زبان
که داند که بلبل چه گويد همي
بزير کل اندر چه بويد همي
نکه کن سحرکه که تا بشنوي
زبلبل سخن گفتن پهلوي
همي نالد از مرگ اسفنديار
که با من همي برکند شهريار
زبلبل شنيدم يکي داستان
که خواند از گفته باستان

" Nunc eſt vinum bibendum guſtu dulce,
" Odor enim moſchi à montibus afflatur.
" Unuſquiſque hortus roſarum foliis tegitur,
" Unuſquiſque collis tulipis & hyacinthis plenus eſt.
" In hortulo luſcinia modulatè queritur,
" Roſa ob queſtum ejus expergiſcitur.
" Nocte tenebroſâ ſubridet luſcinia,
" Roſa vento & pluvia arctè ligatur.
" Equidem à nubibus venientes aſpicio ventos & flatûs,
" Neſcio quam ob cauſam luſcinia triſtis ſit.
" Ridet enimverò luſcinia ex horti receſſu,
" Cùm roſæ inſidet, os aperit.
" Quis ſcit quid luſcinia loquatur,

Digitized by Google

" Quid ſub roſâ illâ odoratu inveſtiget?
" Attende matutino tempore, ut exaudias
" A luſciniâ orationem Perſicam.
" Ob mortem Isfendiari gemit (dicens),
" *A me princeps ille eripitur!*
" Jam verò luſciniæ narrationem audio
" Quæ à veteribus recitari ſolebat."

Nec eſt ſanè difficile conjecturâ conſequi, unde commentitius hicce floris ac luſciniæ amor originem habuerit; narrant enim mercatores, luſcinias in *Aſiâ* roſarum odoratu incredibiliter delectari, & perſæpè inter eas uſque adeò volitare, donec odoris dulcedine, quæ in illis regionibus eſt acerrima, quaſi ebriæ factæ, pennas remittant ac decidant*: illud etiam addendum eſt, eâdem anni tempeſtate cùm roſas florere, tùm aves etiam ſolitas eſſe inter arbuſta modulari.

Huic capiti Oden *Hafezianam* haud alienum erit ſubjungere, quæ varias omnium propè formarum *imagines* complecti videatur:

کنونکه در چمن امد کل از عدم بوجود
بنفشه در قدم او نهد سر بسجود

" Nunc cùm in hortum venit roſa à nihilo in
" vitam,
" Viola ſuper pedem ejus ponit caput, ado-
" randi cauſâ."

* Vide Hyd. de Relig. Vet. Perſ.

Digitized by Google

Voces Arabicæ عدم & وجود inter ſe contrariæ ſunt, & ſæpè ſibi invicem opponuntur. Innuit autem poeta roſam, ſuo judicio, violæ præſtare, &, tanquam reginam floſculum illum pedibus ſubmittere. Bella eſt florum inter ſe nexorum deſcriptio: eſt prætereà ficta perſonæ inductio, eaque perelegans. Similiter de roſâ & narciſſo poeta venuſtus Ebn Tamim,

من فضل النرجس وهو الذي
يرضي بحكم الورد ان يرأس
اما تري الورد غدا جالسًا
اذ قام في خدمته النرجس

" Ex narciſſi excellentiis hæc eſt, quod roſæ imperio, cùm dominatur, cedit:
Nonne vides roſam ſedentem, ad cujus ſervitium ſurgit narciſſus?"

بنوش جام صبوحي بنالهٔ دف وچنك
ببوس مبغب ساقي بنالهٔ دف وعود

" Bibe cyathum vini matutini ad modulos cymbali & lyræ,
Oſculare cervices puellarum ad modulos cymbali & fidium."

بباغ تازه كن آيين دين زردشتي
كنونكه لاله برافروخت زآتش نمرود

Digitized by Google

" In horto recentem fac ritum religionis *Zoroaſtris*,
Nunc cùm tulipa ardet igne *Nimrodi*."

De religione *Zerduſhti*, & igne *Nimrodi*, vide Hydii *de Perſarum religione* librum: deſcribit poeta igneum florum ſplendorem.

زدست ساقي سيمين عذار عيسي دم
شراب نوش ورها كن حديث عاد وثمود

" A manu pocillatoris genam argenteam, & *Meſſiæ* halitum habentis,
Vinum bibe, & miſſam fac hiſtoriam *Adi* & *Themudi*."

Meſſiæ halitus innuit mollem ſpiritum ac jucundum, qui mortuos in vitam poſſit revocare. *Ad* & *Themud* nomina ſunt tribuum antiquarum in *Arabiâ* degentium, quas monitis Vatis *Saleh* obtemperare recuſantes, periiſſe dicit auctor *Alcorani*.

Huc reſpicit Atthar in *Pendnameh*,

انكه فرمان داد قهرش بادرا
تا سزاي داد قوم عادرا

" Qui mandatum potentiæ ſuæ dedit vento,
Ut ſupplicium meritum populo *Adi* daret."

Digitized by Google

جهان چو خلد برين شد بدور سوسن وگل
ولي چسود كه دروي نه ممكنست خلود

" Orbis terrarum tanquam cœleſtis paradiſus
fit liliorum ac roſarum tempore:
Sed quid juvat, cùm in eo nequit eſſe æter-
nitas?"

Pulchram vides annominationem inter خلد *paradiſum*, & خلود *æternitatem*.

چو گل سوار شود بر هوا سليمان وار
سحر كه مرغ درآيد بنغمهٔ داوود

" Cùm roſa equitat in aëre tanquam *Salomo*,
Manè avis venit cum concentu *Davidis*."

Fingunt Aſiatici fuiſſe *Salomoni* tapeta mirifi-
cum, quo vectus in aëre iter faceret. Multa
autem de carminibus ac lyrâ *Davidis* loquun-
tur: velut poeta in præfatione ad libri *Humaiun
Nâmeh*,

صرير كلك تو در حلّ مشكلات امور
چنانكه نغمت داوود در آداي زبور

" Sonus calami tui cum negotia difficilia ex-
" pedias,
" Similis eſt modulis Davidis, cùm *Pſalmos*
" caneret."

Digitized by Google

بدور کل منشین بي شراب وشاهد وچنك
که همچو دور بقا هفتهٔ بود معدود

" Tempore roſarum noli ſedere ſine vino, &
" amicâ, & citharâ,
" Nam tanquam tempus durationis ſeptima-
" næ, numeratur."

بخواه جام لبالب بیاد آصف عهد
وزیر ملك سلیمان عماد الدین محمود

" Pete cyathum ad oram plenum in memo-
" riam *Aſafi* hujus ætatis,
" *Viziri* regis *Soliman*, *Emadeddin Mahmúd*."

Aſaf Salomonis fuit, ſi Aſiaticis fides ſit habenda, *miniſter*, idemque cujus nomen Pſalmo uni atque alteri præfigitur. *Emadeddin* vir erat quidam ſummæ dignitatis, quem laudare vult poeta.

زعیش کام ابد چو بدور او اي دل
که باد تا بابد ظل عالیش ممدود

" Hilaritatis deſiderium ſit perpetuum, velut
" in ejus ætate, O cor meum!
" Sit enim perpetuò umbra exceiſa ejus ex-
" tenſa."

Digitized by Google

بیار باده که حافظ مداومش استظهار
بفضل رحمت حق است غافر معبود

" Affer vinum: nam Hafez illud ſemper petit à præſtantiâ & miſericordiâ Domini benevoli, adorati."

Quinque his *imaginum poeticarum* fontibus conſtitutis, ad *figuras* dictionis, tanquam ad amœnos & luxuriantes rivulos, libet accedere.

Digitized by Google

CAPUT VI.

De Figuris Dictionis, ac primùm

الاستعارة

SIVE

De Translatione.

FIGURAS Asiaticæ dictionis tractaturus, missas faciam Rhetorum definitiones & distinctiones, quæ subtilitatis & acuminis habent plurimum, utilitatis verò parum: quis enim non illicò videt, * *Figuram esse vocis mutationem à primâ significatione detortam & primum necessitatis causâ usurpatam, deinde venustatis?* aut quis ignorare potest † *Translationem esse, cùm verbum in quandam rem transfertur ex aliâ re, quod propter similitudinem rectè videtur posse transferri?* Ac primùm de translatione loquar, quâ præcipuè utuntur poetæ Asiatici ornatûs causâ & suavitatis,

* Figuram sic definit Tiberius Rhetor,

Εςι τοινυν σχημα, το μη κατα φυσιν τον νȣν ἐκφερειν, μηδε ἐπ' ευθειας, ἀλλ' ἐκτρεπειν και εξαλλατ̃ειν την διανοιαν, κοσμȣ τινος τη πλασει η χρειας ενεκα.

† Ad Herenn. lib. iv.

Digitized by Google

Tranſlatio autem duplex eſt; alteram *Græci* vocant Μεταφοραν, *Arabes* استعارة quaſi, *Mutuationem*; alteram, rhetores Μετωνυμιαν, *Aſiatici* كنية appellant; quam ex *Latinis* alii *Verborum Immutationem* nominant, alii cum *Ariſtotele* tranſlationi ſubjungunt. Figuræ hujus pulcherrimus uſus eſt, quo rei cujuſdam adjuncta vel *Filii*, vel *Fratres*, & *Sorores*, vel *Patres*, vel denique *Matres* nominantur. Dictu difficile eſt quantum ſplendoris & jucunditatis linguæ *Arabicæ* hæc figura afferat: cujus rei exempla quædam ſeligam.

Mohammedes vinum appellabat ام الخبأيث ſeu, *Matrem peccatorum;* cui ſententiæ *Hafez*, *Anacreon* ille *Perſarum*, minimè aſcribit ſuam; dicit autem

آن تلخوش كه صوفي ام الخبأيثش خواند
اشهي لنا واحلي من قبلة العذارا *

" Acre illud (vinum) quod vir religioſus
" *matrem peccatorum* vocitat,
" Optabilius nobis ac dulcius videtur, quam
" virginis ſuavium."

Pulcherrimè *Abu'lola* columbas vocat *Filias triſtitiæ*;

الا نبهتني فتيات بث

" Heu, *mæroris filiæ* me inſomnem reddunt."

Digitized by Google

Nec minori elegantiâ, vinum *uvarum filius* appellatur, & aqua *Nubium filia*; ut poeta in libro *Hiliato'lcomeit*, puellam triſtiorem alloquens,

اليوم يوم سرور لا شرور به
فزوج ابن السحاب بابنة العنب
ما انصف الكاس من ايدي القطوب لها
وثغرها باسم عن لؤلؤ الحبب

" Hic dies, lætitiæ dies eſt; nulla eſt in eo
" calamitas;
" Ducit autem *filius nubium filiam uvarum*;
" Non decet cyathus à manu (puellæ) triſtem
" vultum habentis,
" Et cujus dentes renident ſplendidiùs quàm
" baccæ margaritarum."

In hoc genere venuſtæ ſunt illæ figuræ, الشفة, بنت العين, بنت الجبل, بنت المنية, *montis*, *labiorum*, *mortis*, *oculi*, *filiæ*; quibus ſignificantur, *Echo*, *Verba*, *Febris*, *Lachryma*; aliæque innumerabiles. Meliùs tamen hoc genus *fictis perſonarum inductionibus* nonnulli ſubjungunt.

Nec verò exiſtimandum eſt *ſolos Aſiaticos* hac figurâ uti; nam in Græcâ etiam linguâ miram habet venuſtatem.

Digitized by Google

Ita * *Chæremon* in *Iö* flores ἔαρος τεκνα jucundiſſimè vocat, cùm dicit,

Ἀνθηρὰ τεκνα ἐαρος περιξ ϛρωσαντες.

Et in *Centauro* λειμωνος τεκνα.

Ab eodem in *Baccho* hedera vocatur,

Χορων ἐραϛης κισσος, ἐνιαυτὰ δὲ παις.

Et pari elegantiâ ſuaviſſimus idem poeta in *Ulyſſe* roſas appellat,

Τιθηνημ' ἐαρος ἐκπρεπες ατον.

Sic etiam *Alcman* Rorem ſatis pulchrè "*Aeris & Lunæ filiam*" vocat,

† Οια, inquit Διος θυγατηρ τρεφει και Σελανας.

Ita ‡ *Pindarus*, Imbres nominat Παιδας νεφελης. Et Diem, *Solis filium*,

§ Ὁποτε παιδ' ἁλιὰ
Ἀτειρει συν ἀγαθῳ
Τελευτασομεν.

Et *Vinum*, filium Vitis,

|| Εἰκιρνατω τις μεν γλυκυν
Κωμῳ προφαταν·
Ἀργυρεαισι δε νωμα-
τω φιαλαισιν βιαταν
Ἀμπελὰ παιδα.

* Vide *Athen.* lib. xiii. † Ap. Plutarch. Sympoſ. III.
‡ Olymp. XI. § Olymp. II. || Nem. XIX. 123.

Digitized by Google

Autumnum denique appellat *Vitis matrem*,

* Ουπω γενυς φαινεν τερειναν
Ματερ' οἰναν∂ας 'Οπωραν.

Nec minus eleganter poeta à *Suidâ* citatus vocat † lagænam,

——κασιγνητην νεκταρεης κυλικος.

Sed ad tranſlationes Aſiaticas veniamus; quarum exempla hoc loco parciùs proferam: unum tamen atque alterum ſeligam exemplum; quorum primum ſit vox ندي quæ *Rorem* notat, & per dulciſſimam tranſlationem pro *Liberalitate* ſumitur. Sic ندا *rore maduit*, & *liberalis fuit*. ند *roſcidus* & *munificus*; & اندي *liberalior*. Eodem ferè modo vocibus سيل *torrens*, مطر *pluvia*, *Arabes* utuntur; & *Perſæ*, voce باران. Sic *Arabicè* جاد *copiosè cecidit pluvia*, & poſteà *liberalis fuit*: hinc جود *liberalitas*. Notum eſt *Hebræos* hac imagine perſæpè uſos fuiſſe: ita comparatur apud ‡ *Iſaiam* divini Numinis infi-

* Num. 5.

† Vide *Suid.* in voce λαγυνος. Hoc epigramma (Σχολιον enim non eſt, ut putavit *Tollius*) in ſex verſûs debet diſtingui.

Κυπριδι κεισο, λαγυνε μεθυσφαλες αὐτικα δωρον,
Κεισο, κασιγνητη νεκταρεης κυλικος,
Βακχει', ὑγροφθογγε, συνεστιε δαιτος ἐισης,
Στειναυχεν, ψηφι συμβολικης θυγατερ.
Θνητοις αὐτοδιδακτε διηκονε, μυστι φιλευντων
Ἡδιστη, δειπνων οπλον ἑτοιμοτατον.

‡ LV. 10, 11.

Digitized by Google

nita beneficentia & largitio *pluviæ terram irriganti*,

כי כאשר ירד הגשם והשלג
מן השמים ושמה לא ישוב :
כי ים הרוה את הארץ
והולידה והצמיחה :
ונתן זרע לזורע ולחם לאכל
כן יהיה דברי אשר יצא מפי :

" Nam ſicut imber & ros deſcendit
De cœlo, neque illuc adeò redit
Donec terram rigaverit,
Fœcundamque reddiderit, & germinare fecerit;
Ut ſemen det ſerenti, & edenti panem,
Talia erunt verba ex ore meo prodeuntia."

Huc ſpectat verſus in * carmine admirabili poetæ *Abi'l Kaſſem*,

اقول لركب يهموا مسقط الندي
وقد جاوز الركبان من دونك السقطا *

" Dixi equitum turmæ, attendite roris caſum,
At præterit equites citra te, caſus ille."

Et *Ebn Arabſhâh*,

امطر ايادي يمينه بالنوال فغاض الخير
من صوب الشمال

* *Ebn Khalicán.*

Digitized by Google

" Pluere fecit à dextrâ ſuâ dona, & effudit beneficentiam, tanquam imbrem à vento ſeptentrionali incitatum."

Ad hoc etiam pertinet ſcriptoris cujuſdam *Turcici* præceptum,

منبع كفّ يمينندن جريان ايدن قطرات
سيالئ درهم ودينار صداسي رسيدهٔ
سامعئ دست يساري اوليه

" Auri atque argenti guttarum de fonte dextræ defluentium ſonitus, ad aures ſiniſtræ ne perveniat."

كي اشجار جويبار معدلت انك باران جود
واحسانيلي طراوت بولمشدي وازهار كلزار
نظام مملكت اقطار امطار رافت وعاطفتي
ايله سيران اولمشدي

" Ut arbores, quæ ripas juſtitiæ ejus inumbrant, imbribus largitionis & liberalitatis rigatæ vireſcant; & flores roſeti imperii ejus guttis pluviæ benevolentiæ & facilitatis madeant."

Sic etiam Hafez,

ميجست از سحاب ازل رحمتي ولي جز
ديده اش معاينى چيزي نداد نم

Digitized by Google

" A nubibus æternitatis miſericordiam petiit, ſed præter oculum ſuum lachrymis ſcatentem, nemo illi *rorem* dedit."

Hic nequeo omittere ſimilitudinem pulchertimam in libro *Hamaſa*,

فتي عيش في معروفه بعد موته
كما كان بعد السيل مجراه مرتعا *

" Juvenis, qui poſt mortem ob liberalitatem ſuam vivit,
Sicut pratum poſt imbris effuſionem vireſcit."

Nec minorem habet elegantiam vox ذكر quæ inter alia *famam* ac *bonam exiſtimationem* notat. Eſt autem dulciſſima tranſlatio; nam hujus vocis * antiqua ſignificatio fuit *Odor ſuavis*; ſic vetus poeta,

ريح الكلاء وذكره

Odor & ſuavis aura victoriæ.

Et Hoſeas pulcherrimè †,

אהיה כטל לישראל יפרח
כשושנה ויך שרשיו כלבנון :
ילכו יונקותיו ויהי כוית
הודו וריח לו כלבנון :
ישבו ישבי בצלו יחיו דגן
ויפרח כגפן זברו כייז לבנון :

* Vide Schultens in Hamaſa, p.

† XIV. 6—8.

Digitized by Google

" Ero tanquam ros *Iſraeli*; effulget
" Velut lilium, & extendet radices ſuos ſicut
" Libanus;
" Explicabit ramulos ſuos, & erit inſtar oleæ
" Pulchritudo ejus; & odor illi tanquam
" *Libano*.
" Qui ſub umbrâ ejus habitant, tanquam
" frumentum reviviſcent,
" Succreſcent ſicut vitis; odor ejus, tanquam
" vinum Libani."

Sic etiam eruditiſſimus auctor libri Sucardán,

ما احلي بالافواه ذكرك

" Quam jucundus in (hominum) oribus, *odor*
" tuus."

Adde ſententiam pervagatam,

اسعد الملوك من بقي بالعدل ذكره

" Regum feliciſſimus is eſt, cujus odor (fama)
" ob juſtitiam perpetuò maneat."

Huc ſpectant illa in * *Salomonis* carmine,

שמן תורק שמך

" Unguentum effuſum, nomen tuum."

Et verſûs elegantiſſimi poetæ Perſici Jâmi in libro Yuſef ve Zulikha,

* I. 3.

Digitized by Google

كشادي نافهٔ طبع مرا ناف
معطر كن زمشكم قاف تا قاف *
زشعرم خامه را شكر زبان كن
زعطرم نامه را عنبرفشان كن *

" Aperis mihi ciſtam odoriferam naturæ,
" Moſcho meo fragrantem redde montis Kâf
" extremitates (à Káf ad Káf),
" Carminibus meis calamum fac dulcilo-
" quum,
" Odore meo (famâ meâ) librum fac amba-
" rum ſpargere."

& illa,

هنر چو مشك بود مشك اكر نهان دارند
زفيض رايحهٔ او مشام اثرست *

" Celata Virtus moſcho ſimilis eſt: tametſi enim occultus ſit moſchus, tamen odor qui ex eo afflatur, eſt jucundiſſimus."

& *Ebn Arabſhâh* de precatione uſitatâ وسلم صلي الله عليه loquens, ait,

صلوة تذكي المسك الاذفر في صدور الكتب

" Hæc ſalutatio gratiſſimum ſpirat moſchi odorem in librorum exordiis."

Digitized by Google

& illa elegantiſſima *,

כשמן הטוב על הראש
ירד על הזקן זקן אהרן
שיורד על פי הברכה

quem locum bellè, ut multa, expreſſit auctor libri de Sacrâ Poeſi †,

" Non *aura nardi ſuavior* occupat
" Senſus, quæ Aronis vertice de ſacro
" Per ora, per barbam, per ipſas
" Lenta fluens it *odora* veſtes."

Omnes ferè gentes hac tranſlatione uti videntur: *Sinenſes* ſignum quoddam habent, quod *Hiang* vocant, & quo ſignificatur primò *Odor*, deinde, *Fama*, *Virtus* ‡.

Vocem سقي *irrigavit, potum præbuit*, in

* Pſal. cxxxiii. 2.

† Præl. xxv.

‡ *Galli* aiunt, La mémoire de celui qui agit ſi noblement eſt *en bonne odeur* auprès des gens d'eſprit. *Germanicè* quoque *geruch* eſt *odor*, & *gerücht*, vox haud admodum diſſimilis, quaſi *ruhm, fama:* ſic auctor libri elegantis *de Abeli Morte*, " Blühe empor, " wie die junge blum' im frühling empor blühet; dein leben ſey " *ein ſüſſer geruch* vor dem Herren." Et alibi, " Wie ein lieb- " licher frühlings ſtrauſs empor blüheten und vereint *liebliche ge-* " *rüche* der tugend zerſtreiten." Nos quoque interdum eâdem figurâ utimur: ſic *Clarendonius*, " By her interceſſion with the " King, ſhe would lay a moſt ſeaſonable and popular obligation " upon the whole nation, and leave behind her *a pleaſant odour* of " her grace and favour to the people."

Digitized by Google

permultas res jucundiſſimè transferunt Arabes; ſic ſcriptor clariſſimus,

وإذا بساقي الموت فاجاءهم بكاسات الثبور
فسقي رياض حياتهم قدحًا اعاد الكل بور

" Ecce autem, mortis pocillator acceſſit ad
" eos eum exitii *cyatho*;
" Et *irrigavit* vitarum eorum hortulos poculo,
" quod omnes ad nihilum redegit."

Exempla tranſlationum à *rigando* & *hauriendo*, ſunt in omnium gentium ſermonibus ferè innumera; ſufficiet hîc duos verſiculos citare à libello de *Rodanthes & Doſiclis* amoribus, quos legenti mihi primùm valdè arriſiſſe memini:

Κρατηρα μακρον ἡδονης και δακρυων
Κιρνωντες ἐξεπινον αχρις εἰς μεθην.

Unum ſolummodò addam exemplum, quod tamen auribus Europæis durius eſſe videbitur. Vox انف *naſum* ſignificat: transfertur autem ad omnium rerum *partem eminentiorem*. Sic انف جبل *naſus montis*, promontorium; البرد انف *naſus frigoris*, frigus intenſum; انف كاس *poculum illibatum*; انف روضة *hortus novus & intactus*, quem κηπον ἀκηρατον vocat *Ibycus*; انف القوم *naſus populi*. Sic عرنين *ſuperior naſi pars*, & عرانين *populi principes*. Ut Ho-

Digitized by Google

ſein El Aſadi de morte liberaliſſimi herois loquens,

واصبح عرنين المكارم اجدعا

" Naſus nobilitatis præciditur."

Eâdem tranſlatione utuntur *Sinenſes*, vox enim *Piĕ*, cùm *naſum* ſignificat, tum etiam *familiæ principem*. Eodem ſenſu uſurpant Hebræi vocem חרטם, quæ *Arabica* eſt, خرطم *naſi pars altior*, item, *princeps populi*. Itaque illa *,

ויקרא את כל חרטמו מצרים

vertenda ſunt, *Vocavit autem omnes primarios Ægypti viros*, non *præſtigiatores*, ut vulgò reddunturs.

Cùm plures continuantur tranſlationes, omninò permutatur oratio; hanc igitur figuram rectè poſſumus *Permutationem* appellare; cujuſmodi eſt illa *Hafeziana*,

چو آفتاب مي از مشرق پياله برآيد
زباغ عارض ساقي هزار لاله برآيد

" Cùm *Sol* vini ex *Oriente* poculi prodeat,
" In *horto* genæ pocillatoris mille tulipæ
" florent."

* Gen. xli. 8.

Digitized by Google

Sec huic figuræ immorari nihil neceſſe eſt, quippe cujus exempla in *Aſiaticorum* libris omnibus ſint frequentiſſima; & ſanè *permutatio* hæcce, ſeu Ἀλληγορία, genus illud dicendi, quod *Aſiaticum* vocant, videtur ab Europæorum dictione potiſſimùm diſtinguere.

Digitized by Google

CAPUT VII.

التشبيه

SIVE

De Comparatione.

INFINITAM poetis præbet *ſimilitudinum* ſylvam univerſum hoc naturæ templum. Ponant ante oculos cœlum, terras, maria; aſpiciant in cœlo, ſolem, lunam, ſtellas; in terrâ, arbores, flores, herbas, ſegetes, animalia: in aquis, natantes belluas, conchas, piſces; videant in aëre pendentes nubes, videant ætheris placidam ſerenitatem, & immenſa protinùs exſurget ſimilium rerum varietas & copia. Sed hæc ſunt omnibus gentibus communia; at multæ ſunt naturales imagines, *Aſiaticis* magis quàm reliquis familiares, velut orientis auroræ, & ſtellarum, quarum curſûs in tentoriis degentes Arabes commodiſſimè obſervare poſſunt; aliæ denique *Aſiaticorum* propriæ, ut herbarum, arborum, animalium, aliarumque rerum, quas in Europâ haud cognoſcimus. Non eſt igitur mirum, poetarum Aſiaticorum ſimilitudines noſtris auribus non-

Digitized by Google

nunquam duriores, nonnunquam etiam ſubinſulſas videri. Ridemus ſi poeta Perſicus gracilem puellam cum buxo comparat (quâ tamen comparatione ſæpiſſimè utuntur Aſiatici), propterea quòd in Europâ buxus humi ſerpit, & abjectiſſimus eſſet frutex, niſi ſplendidâ viriditate commendaretur; in Aſiâ verò in pulcherrimam arborem ſuccreſcit, & ramulis ornatur gracillimis. Præterea obſervandum eſt, ex duabus illis facultatibus *comparandi*, ſcilicet, & *diſtinguendi*, primam eſſe maximè inculti, & luxuriantis animi, fervidi, exſultantis, poetici; alteram politi, ſubtilis, teretis, accurati; hanc ad judicium, illam ad ingenium & affectûs pertinere.

Hinc tranſlationibus & ſimilitudinibus abundantior eſt *Aſiaticorum* quam *Europæorum* poeſis. Hi enim (*Homerum* & Græcos excipio) rarò comparationem admittunt, niſi uſquequaque conveniat; illi ſimilitudinem, quæ occurrit, avidè captant, parùm ſolliciti ſi quid in eâ ſit diſcrepantiæ vitium. Sed nihil ferè attinet, unde originem ducat Aſiaticarum comparationum venuſtas & abundantia, dummodò ſtatuatur omnem poeſin, præcipuam ex iis ſuavitatem ac pulchritudinem recipere; ac longè venuſtiores eſſe eas, quæ à naturalibus rebus ducantur.

Antequam de comparationibus Aſiaticis ſeparatim loquar, neceſſe habeo de *comparatione in genere* breviter diſſerere. Hujus itaque figuræ

Digitized by Google

triplicem usum statuerunt rhetores: nam idcircò sumuntur comparationes vel ut ornent, vel ut illustrent, vel ut amplificent sententiam. Ideoque eæ quæ ornatûs causâ usurpantur, dulces sint oportet, jucundæ, politæ. Venustæ autem similitudines depromuntur præcipuè ex iis rebus, quæ naturâ sunt hilares ac splendidæ; cujusmodi sunt horti, flores, gemmæ, prata, pulchra animalia, & reliqua, quæ nitorem habent ac formosam speciem. Quæ illustrandi gratiâ adhibentur, propriæ esse debent, & claræ: quæ tandem amplificationis ergo sumuntur, omninò necesse est altiùs atque magnificentiùs insurgant, ne rei comparatæ minùs amplâ comparatione minuatur dignitas. Minimè tamen necessarium puto comparationes ex omni parte congruere: etenim si prima vel præcipua pars sit similis, cæteræ delectationis ac varietatis causâ appositæ redundare possunt.

Sic *Apollonius* ille *Rhodius* mulieres Lemnias cum apibus comparat, Argonautas cum floribus, urbem cum alveari,

> Ὡς δ' ὅτε λειρίῳ κάλα περιβρομέσται μέλισσαι
> Πέτρης ἐκχυμέναι σιμβλήιδος———

sed verborum ambitus non satis est rotundus ac numerosus; idque aures ipsæ indicant. Ideoque addit,

Digitized by Google

———ἀμφι δε λειμων
Ἐρσηεις γανυται, ται δε γλυκυν αλλοτε τ' αλλον
Καρπον ἀμεργουσιν πεποτημεναι———

Ubi rectè obſervat doctiſſimus Scholiaſtes, vocem γανυται cum κινυρομεναι, quæ mox ſubſequitur, minimè conſentire: tamen poſt vocem σιμβληδον finita eſt comparatio, reliqua adduntur ut delectationem pleniorem auribus afferant. Hoc ſemel monuiſſe ſufficiet. Hæc autem obſervatio in omnibus ſimilitudinibus locum habet.

Interdum tamen ex ipſâ cohærentiâ & proprietate magnam capiunt venuſtatem, ut in notâ illâ comparatione,

* Ἠελιω ως τις τε δομοις ἐνιπαλλεται αιγλη
Υδατος ἐξανιουσα, το δε νεον ηε λεζητι
Ἠε πω ἐν γαυλω κεχυται· ἡ δ' ενθα και ενθα
Ὠκειη ϛροφαλιγϛι τινασσεται ἀισσουσα
Ὡς δε και ἐν ϛηθεσσι κεαρ ἐλελιζετο κυρης.

Et nunquam ſanè adduci potui (ne auctoritate quidem Viri undequaque docti †) ut crederem ‡ Virgilium hanc ſimilitudinem vel elegantius vel politius, vel ad rem accommodatius reddidiſſe §. Certè in aliis locis permultis, quæ ex

* Argonaut. 3. 755.
† De Sacrâ Poeſi, Prælect. xii.
‡ Æneid. viii. 18.
§ Utrumque meâ ſententiâ ſuperavit *Camoenſius*. Vide Luſiadas. viii. 87.

Qual o reflexo lume do polido
Eſpelho d' aço o de criſtal fermoſo,

Digitized by Google

Apollonio ſumſit Virgilius, nullus profectò video, cur elegantiæ ac pulchritudinis palmam ab auctore ſuo ſibi vindicet. Multum ſanè illi debet: nam ut nihil dicam de Medeæ ſuaviſſimo Ἐπειασοδίῳ, nihil de Amyci & Pollucis pugnâ, nihil de Harpyiis, nihil de ſimilitudinibus & deſcriptionibus, aliiſque minutioribus elegantiis *

Che do rayo ſolar ſendo ferido
Vay ferir noutra parte luminoſo:
O ſendo da ozioſa maõ movido
Pela caſa do moço curioſo,
Anda pelas paredes e telhado,
Tremulo aqui e alli deſſoſſegado.

* Qualis eſt pulchra illa tranſitio:

At non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Evaluit———

Apollonius,

——μαντοσυνῃσι κεκασμενον. Ἀλλα μιν ϐτι
Μαντοσυναι ἐσαωσαν. Et
——ἀδευκεα δ' ἁ φυγεν αισαν
Μαντοσυναις. Οὐ γαρ τις ἀποτροπιη θανατοιο.

Et illa perſonarum mutatio, quam ſumſit etiam *Miltonus*,

——ut duros mille labores
Pertulerit: *tu* nubigenas, *invicte*, &c.

Apollonius,

——μεγαλη ὁπι Φοιϐον ἀυτει ——
Λητοιδη, τυ νυ δε κατ' ἀραϐα ικεο ——

Multæ ſunt profectò in Apollonii poemate minutiæ, quæ ſunt diligenter obſervandæ: qualis eſt vocum nonnullarum uſus quæ videntur eſſe poetarum, qui ſub Ptolemæo floruerunt, propriæ; & quæ loca quædam obſcuriora Theocriti, Callimachi, Lycophronis & reliquorum illuſtrant. Velut νεωϐς pro Nepote, vox fortaſſe Æolica. Sic Apollonius,

——μετοπισθε τεοις νεποδεσσιν ετοιμα.

Digitized by Google

quas è Rhodio poetâ hauſit; illam mehercule ſuavitatem numerorum, & rotundam illam verſuum concinnitatem, in qua regnat Virgilius, ab Apollonio didicit. Ac mirum videtur Longinum, Quintilianum, atque alios adeò temerè eſſe Ariſtarchum ſecutos, ut admirabilem hunc ſcriptorem in mediocrium poetarum chorum detrudant. Mediocriſne ſunt poetæ hi verſûs numeroſi & modulati?

Ως δ' οτ' ἐρημαιοι πεπληοτες εκτοθι πετρης
Χηραμβ ἀπλητες λιγεως κλαζυσι νεοσσοι,
Η οτε καλα ναοντες ἐπ' ὀφρυσι Πακτωλοιο
Κυκνοι κινησωσιν ἐον μελος, ἀμφι δε λειμων
Ἐρσηεις βρεμεται, ποταμοιο τε καλα ῥεεθρα,
Ως αι ἐπι ξανθας θεμεναι κονιησιν ἐθειρας
Παννυχιαι ἐλεεινον ἰηλεμον ὠδυροντο.

aut illa deſcriptio,

———ανθεα δε σφι
Νυμφαι ἀμεργομεναι λευκοις ενι ποικιλα κολποις
Ἐσφορεον. πασας δε πυρος ως αμφεπεν αιγλη,
Τοιον ἀπο χρυσεων θυσανων ἀμαρυσσετο φεγγος,
Δαιε δ' ἐν ὀφθαλμοις γλυκερον ποθον———

& Callimachus,

———ϑ γαρ ἐργατιν τρεφω
Την Μουσαν, ὡς ὁ Κειος, Τρριχϑ νεπης.

& Theocritus Idyll. XVII. 25.

Ἀθανατοι δε καλευνται ἐοι νεποδες γεγαωτες.
Immortales autem vocantur, ejus cum ſint nepotes.

Notum eſt enim non eſſe in illo loco legendum, θεοι νεποδες, quod reddiderunt nonnulli, *Dii ſine pedibus.*

Digitized by Google

Quàm brevitèr & vividè Telamonis iram pingit!

———τω δε οἱ οσσε
Οςλιγΐες μαλεροιο πυρος ὡς ἰνδαλλοντο.

Quantâ elegantiâ Homeri comparationem,

Οιη δ' Αρτεμις εισι κατ' ȣρεος ἰοχεαιρα.

amplificat;

Οιη δε λιαροισιν ἐφ' υδασι Παρθενιοιο
Ἠε και Ἀμνησοιο λοεσσαμενη ποταμοιο
Χρυσειοις Λητωις ἐφ' αρμασιν ἑςηκυια
Ὠκειαις κεμαδεσσι διεξελασησι κολωνας
Τηλοθεν ἀντιοωσα πολυκνισσȣ ἑκατομβης,
Τη δ' αμα νυμφαι επονται ἀμορβαδες, αἱ μεν ἐπ' αὐτης
Ἀγρομεναι πηγης Ἀμνησιδος, αἱ δε δη αλλαι
Αλσεα και σκοπιας πολυπιδακας, ἀμφι δε θηρες
Κνυζηθμω σαινȣσιν ὑπο τρομεοντες ἰȣσαν,
Ως αιγ' ἐσσευοντο δἰ αςεος———

Quod ſi minutiores illas poeſeos exornationes ſpectemus, nullus eſſe poteſt ad celeritatem exponendam accommodatior verſus, quam

Αὐτη δ' ὠκυτερη ἀμαρυγματος ηε βολαων.

aut ad avem placidè labentem in aëre deſcribendam, quam

Ῥιπην εὐκηλοισιν ἐνευδιοων πτερυγεσσι.

Annon hi verſûs fluctuum ſcopulis allidentium quodammodò imitantur ſonum?

Digitized by Google

Ῥωοντ' ενθα και ενθα διασσαδον ἀλληλησιν
Την δε παρηωριην κοπιεν ῥοος. ἀμφι δε κυμα
Λαζρον ἀειζομενον πετραις ἐπικαμπτεσκεν.

Sed hæ venuſtates, quæſitæ ſunt potiùs quàm naturales; & plus diligentiæ oſtendunt quàm ingenii. At multa ſunt in Argonauticis loca, velut Syrtis, Phineæ, Tali, & Jaſonis laborum deſcriptiones, quæ elatiſſimis abundant imaginibus, & ſummâ æmulantur verborum dignitate. Neque illud verum eſt, quod Longinus affirmat, Apollonium nunquam cadere; eſt enim ubi altè cadit, ita tamen ut ſervet quandam in cadendo majeſtatem: ſic draconis occiſi deſcriptio,

——οφις ὑφ' Ἡρακλῆι δαιχθεις, &c.

ſublimis eſt illa quidem & magnifica, ſed non ſatis delicata, & à poeſi heroicâ aliena.

Sed ad Arabas & Perſas veniamus. Illi in poeſi amatoriâ ſimilitudinibus ex naturâ deductis admodùm delectantur. Aſſimilant * puellarum cincinnos hyacinthis, genas roſis, oculos, nunc ob colorem, violis, nunc ob amabilem illum languorem, narciſſis, dentes margaritis, papillas malis Punicis, oſcula melli ac vino, labia pyropis, ſtaturam proceris ramulis, faciem ſoli, crines nocti, frontem auroræ, ipſas denique puellas capreolis, & hinnuleis. Has ſimilitudines propè omnes complectitur Arabs incertus in pulchro fabularum libro,

* Vide Naweiri à Reiſkio citatum.

Digitized by Google

وهي صبية ذات حسن وجمال وبهآء وكمال
وقدّ واعتدال بعيون سود نواعس قد كحلت
بسحر بابل وحواجب كانها قسي ترمي شهلم
لحظها القواتل وانف كحدّ السيف وفمّ كانه
خاتم سليمان و خدود كانها شقايق نعمان
و شغيفتان عقيقتان واسنان كلؤلؤ منضود
في مرجان وجبين كانه هلال وريق احلا
من الشهد وابرد من الزلال وعنق كانه
خبزران وصدر كانه شاذروان ونهود كانهن
رمان وبطن كانه الحرير طية علي طيه
وسرّة تسقي بدهن البان

" Fuit autem puella gratiâ, pulchritudine, ve-
" nuſtate, perfectione prædita; egregiam ha-
" bens & æquam ſtaturam; oculos verò ni-
" gros, ſomni plenos, faſcino Babylonio im-
" butos; & ſupercilia, tanquam arcûs, vi-
" brantes ſagittas aſpectuum letales; naſum,
" enſis mucroni ſimilem; os verò, Salomonis
" ſigillo; genas tanquam anemonas; duo au-
" tem labia erant duo pyropi (vel carneolæ),
" & dentes tanquam uniones in corallio con-
" ſerti; frontem porrò habuit novæ lunæ
" ſimilem, & labia favis dulciora & aquâ
" purâ magis frigida; collum inſtar Indicæ

Digitized by Google

" arundinis, pectus inſtar fontis in altum ſa-
" lientis; mamillas malis Punicis conſimiles,
" ventrem, inſtar Serici plicas habentis ſuper
" plicas, & umbilicum unguento myrobalani
" irrigatum."

Mirè hæc deſcriptio, ut multæ in Aſiaticorum carminibus, cùm Salomonis poemate convenit. Et profectò hoc diſtichon,

وبطيب نكهته وسلسال جري
في فيه مع شهد بريقة خمره

propè totidem verbis ex Hebræo reddi videtur,

נפת תטפנה שפתותיך
דבש וחלב תחת לשונך
וריח שלמתיך כריח לבנון :

" Favi ſtillantes labia tua,
" Mel & lac ſub linguâ tuâ;
" Odorque veſtium tuarum, tanquam odor
" Libani."

Sæpe verò poetæ amatorii ex moribus depromunt imagines, velut *Sadi* in libro *Guliſtan* puellæ nigros cincinnos genis candidiſſimis ſuperimpendentes confert pulcherrimè cum pilis ex ebeno fictis, quas clavâ eburneâ pellunt luſores:

رخسار يار در خم كيسوي تابدار
چون كوي عاج در خم چوگان آبنوس

Digitized by Google

" Gena amicæ inter cincinnos plexos inter-
" micans
" Similis eſt pilæ eburneæ in mediâ clavâ
" ebeni."

Sæpe ex religioſis opinionibus; ſic Hafez recentem lanuginem circa labia adoleſcentuli creſcentem comparat cum nymphis illis formoſiſſimis quas in cœlo eſſe dixit *Mohammedes*;

سبز پوشان خطت بر کرد لب
همچو حورانند کرد سلسبیل

" Recentes lanuginis herbæ, quæ labia tua
" veſtiunt,
" Similes ſunt *Houriis* circà fontem Salſabil
" ſedentibus."

In poeſi heroicâ elatiſſimas nonnunquam habent ſimilitudines cùm Arabes, tùm Perſæ. Quàm ſublimis, quàm Homero ſimilis, hæc eſt comparatio!

لهم عدوة كانقضاض الاتي
مدّ به الكدر اللاحب

" Tàm rapidi erant quàm præceps aquarum
" fluxus
" Quem tenebroſa & violentè irruens nubes
" ampliorem reddidit."

Digitized by Google

& illæ,

فبت ليالياً لا نوم فيها
تخب بك المسومة العراب
يهز الجيش حولك جانبيه
كما نغضت جانحيها العقاب

" Multas enim noctes tranſegiſti inſomnis,
" Cum te properanter veherent equi nobiles
" notis inſigniti:
" Quaſſabat exercitus circum te ambas ſuas
" alas,
" Velut aquila nigra pennas motitans."

فرددناهم بطعن كما تهزّ عن جمة الطوي
الدلاء

" Haſtas ultro citroque movimus in vulne-
" ribus,
" Ut movetur urna flexilis in puteo aquâ
" abundanti ſurgens."

Quid poeta velit benè expoſuit *Reiſkius*, " Haſ-
" tarum ſtrepitum, quando demittuntur in cor-
" pora, vel è confoſſis corporibus vix revellun-
" tur ac ne vix quidem, cum obſcuro confert
" illo murmure & muto fremitu, quo vel ir-
" ruens in profundum, vel exuberans ſitula quæ-
" dam ſurſum attracta malè cedentem aquam

Digitized by Google

" contranitendo perrumpit." Quâ imagine nihil aptius aut ſublimius cogitari poteſt.

In *Ferduſii* poemate admirabili multæ ſunt comparationes verè magnificæ: nam ut illas communes omittam;

هميرفت رستم چو پيل دژم

" Venit Ruſtem, tanquam torvus elephas,"

&,

چو شير اندر آمد ميان رمه

" Tanquam leo qui in medium irruit ar-
" mentum,"

quid nobilius aut excelſius eſſe poteſt his imaginibus,

نگه كرد برزو بران ده سوار
چو آشفته شير از بهر شكار
بزد دست وپوشيد درع بزر
ميانرا به بستش بزرين كمر
يكي خود رومي بسر بر نهاد
سر ترکش تيررا بر گشاد
ببارہ بر افكند بر كستوان
يكي بارہ مانند كوهي روان
زكيهال نيزہ زالماس تيغ
ببارہ بر آمد چو بارندہ ميغ

Digitized by Google

تو گفتي سپهراست يا روز وتاب
ويا در بهاران يكي رود آب
درختيست گفتي از آهن ببار
كشاده دو بازو چو شاخ چنار

' Aſpexit Barzu decem illos equites,
' Tanquam leo furore plenus, prædam petens,
' Strenuè ſe geſſit, & tunicam radiantem induit,
' Medium corpus illigavit aureo baltheo;
' Caſſidem Græcam capiti impoſuit,
' Ex pharetrâ ſagittas extraxit;
' Nunc ſuper equi ſtratum impendit,
' Nunc tanquam mons movens (ſe erexit)
' Altâ haſtâ (feriens) & enſe adamantino,
' Nunc velut nubes imbrem fundens progreſſus eſt.
' Diceres, " Cœlumne eſt, an dies, & ſplendor,
" An verno tempore aquarum fluxus?"
' Diceres, " Arbor eſt ferro onuſta;
" Duo brachia explicat, tanquam ramos platani."

Sed nihil magis amant venuſtiores *Arabum* poetæ, quàm flores & fructûs deſcribere, depromptâ ſæpiùs imagine ex humanâ pulchritudine; velut *Ebn Rumi*,

رايت البنفسج في روضة
واحداقه للندي شاهرة *
يحاكي بها الزهر زرق العيون
واجفانها بالبكا قاطرة *

Digitized by Google

" Vidi in hortulo violam,
" Cujus folia rore ſplendebant;
" Similis erat flos illi (puellæ) cœruleos ha-
" benti oculos,
" Quorum cilia lacrymas ſtillant."

& alius,

ناولني من اجدّ نرجسة
احسن في ناظري من الورد
كانها بيضها مرصعة
من خدّه والصفار من خدّي

" Da mihi dilectiſſimum narciſſum,
" Pulchriorem, meo aſpectu, roſâ,
" Velut ſi albedo ejus deprompta ſit
" A gena illius (amicæ) pallor autem à
" mei (amantis) genis."

quam ſimilitudinem in alias res transferunt, ut poeta de vino,

وحمراء قبل المزج صفراء بعده
اتت بين ثوبي نرجس وشقايق
حكت وجنة المعشوق صرفاً فسلطوا
عليها مزاجاً فاكتست ثوب عاشق

" Rubrum ante miſturam, poſt eam flavum,
" Habet duos colores narciſſi ſcilicet &
" anemones;

Digitized by Google

" (Seu potiùs) refert genam amicæ meracius,
" quod ſi temperes
" Cum eâ aquam, induit colorem amantis."

Et *Abu Nowás* de pomo,

وتفاحة من سوسن صبغ نصفها
ومن جلنار نصفها وشقايق
كانّ الهوي قد ضمّ من بعد فرقة
الي خدّ معشوق بها خدّ عاشق

" Pomum, cujus una pars ex lilio formatur,
" Ex flore mali Punici altera, & anemone,
" Velut ſi Amor junxiſſet, poſt diſceſſum,
" Genæ amatæ puellæ genam amatoris."

Pulchra eſt in hoc genere roſæ deſcriptio à poetâ eleganti *Ebni'l Motezz*,

هل تنبت الارض شيأً من ازهارها
اذا تحلت تحلي الوشي من نمطه
احلي واشهر من ورد له ارج
كانها المسك مدرور علي وسطه
كانه لون حبّي حين ملكني
حل السر اوبل بعد البعد من سخطه

" An profert terra ullum florem
" (Cum ornatur, & pictam veſtem induit)

Digitized by Google

" Dulciorem & nitidiorem roſâ, cui odor eſt
" Is, ut videatur moſchus in mediis ejus
" foliis ſpargi,
" Et quæ refert amicæ meæ colorem, cùm
" me
" In gremium recipit, ſemotâ iracundia?"

Interdum è gemmis depromunt florum ſimilitudines, velut poeta,

واما ترا شجرات الورد طالعة
فيها بدايع قد ركبن من قصب
وكانهن يواقيت لطيف بها
زمرد وسطها شذر من الذهب

" Annon vides roſæ frutices ſuccreſcentes,
" A quorum vimine ſurgunt flores eximii,
" Similes pulchris pyropis, in iis autem
" Sunt ſmaragdi, & in mediis floribus par-
" ticulæ auri?"

Et *Ebno'l Motezz* venuſtè,

سقي الروض سكاب الغمام المنضد
فنبه منه الورد بعد التهجد *
كجمر من الياقوت فوق زبرجد
مركبة فيها قراضة عسجد *

Digitized by Google

" Irrigat hortum effuſio nubium denſa,
" Roſa autem ex eo à ſomno excitata
" ſurgit,
" Similis eſt ardenti pyropo ſuper ſmaragdum,
" Cui imponitur auri ramulus."

Similiter Sadi in libro *Buſtân*,

نهد لعل وپیروزه در صلب سنك
کل لعل در شاخ پیروزه رنك

" Poſuit pyropos & ſmaragdos in duro lapide,
" Roſam pyropinam ſuper ſmaragdinum ra-
" mum."

Sic alius poeta,

خليلي هبا ينقضي الهمّ عنكما
وقوما الي روض وكاس رحيق *
فقد لاح زهر الياسمين منورا
كاقراط درّ قهعت بعقيق *

" Sodales mei, agite, decedit à vobis mœror,
" Venite ideò ad hortum, & vini cyathum;
" Splendet enim flos jaſmini lucidè
" Tanquam inauris ex margaritâ cui impo-
" nitur carneola."

& *Ebn Tamim*,

Digitized by Google

قد اتينا الرياض حيث تجلت
وتحلت من الندي بجمان
ورايتا خواتم الزهر لما
سقطت من انامل الاغصان

" Venimus in hortos, cùm ornarentur
" Et veſtirentur roris gemmulis,
" Et vidimus ſigilla florum, cùm
" A digitis ramorum caderent."

& *Ebn Rumi*,

بنفسج سر لاني اذا
رايتهً اشرب ما شيتا
ليس من الزهر ولكنه
زمرد يحمل ياقوتاً

" Gaudium violæ, nam cùm eam
" Viderim, bibi quantum volui;
" Non flos eſt, ſed
" Smaragdus gemmam purpuream ferens."

Interdum verò è cœlo & ſtellis, ut

كان الياسمين الغض لما
ادرت عليه وسط الروض عيني
سماء من الزبرجد قد تبدت
لنا فيها نجوم مي لجين

Digitized by Google

" Velut ſi jaſminus florens, cùm
" In eum in medio horto oculos meos flec-
" tam,
" Cœlum eſſet ſmaragdinum, in quo afful-
" gent
" Nobis ſtellæ argenteæ."

&,

في روضة تهدي لنا
نفس الشمول بها الشمال
في كل نرجسة بها
شمس يحيط بها هلال

" In hortulo, qui ad nos affert
" Odorem vini aquâ gelidâ temperati,
" In unoquoque narciſſo, qui in eo eſt,
" Sol effulget lunâ circumdatus."

& alius,

وعندنا نرجس انيق
تحيا بانفاسه النفوس
كانّ اجفانه بدور
كانّ احداقه شموس

" Habemus narciſſum ſplendidum,
" Qui recreat odore ſuo animas,
" Velut ſi cilia ejus eſſent lunæ,
" Velut ſi oculi ejus eſſent ſoles."

Digitized by Google

Vel ex aliis rebus naturalibus, ut

اما تراه ومرّ الريح يعطفه
كانه زعفران فوق كافور
اذا بدا في اختلاف من محاسنه
ازاك كيف اختلاط النار بالنور

" Annon eum (narciſſum) vides, dum aura
" tranſiens eum flectit,
" Similem croco ſuper camphoram?
" Cum effulgeat varietate pulchritudinis,
" Oſtendit tibi, quomodo ignis cùm luce
" jungatur."

&,

قم يا غلام فهاتها مشمولة
ان الرياض بكل زهرٍ تحتشي
والنرجس الغض الندي كانه
ثغر يعضّ علي بقية مشمش

" Surge, puer, & (vinum) effunde gelidum,
" Nam horti variis floribus ornantur,
" Et recens narciſſus ſimilis eſt
" Candido puellæ denti, cùm malum Ar-
" meniacum mordeat."

Addam duas comparationes quæ ſint ob novitatem jucundiſſimæ: unam *Ebni'l Motezz*,

Digitized by Google

بنفسج جمعت اوراقه فحكت
كحلا تشرب دمعاً يوم تشتيت
كانه فوق طاقات يلوح بها
اوايل النار في اطراف كبريت

" Viola collegit folia ſua, ſimilia
" Collyrio nigro, quod bibit lachrymas die
" diſceſſûs,
" Velut ſi eſſet ſuper vaſa in quibus fulgent
" Primæ ignis flammulæ in ſulphuris ex-
" tremis partibus."

alteram *Ebni Tamim*,

ازهر اللوز انت لكل زهر
من الازهار تأتينا امام
لقد حسنت بك الايام حتي
كانك في فمّ الدنيا ابتسام

" O flos amygdali, tu præ cæteris omnibus
" Veniſti ad nos florum princeps,
" Etenim uſque adeò tibi favet fortuna
" Ut referas, in ore terrarum orbis, riſum."

Has comparationes lætiſſimas ex *Ebni Abi Hagelah* delibavi, qui contexuit etiam *de Similitudinibus* librum, quem inſcripſit

التنويه في محاسن التشبيه

Digitized by Google

Poetarum laudes in ſimilitudinum pulchritudine.

Criticus idem inſignis, & poeta, omnes ferè florum venuſtates in belliſſimo carmine complexus eſt:

اي والربيع النضير
وزهره المستنير
من نرجس واقاح
كاعين وثغور
وياسمين كلون
المتيم المهجور
ومن شقيق كحسناء
قد اقبلت في حرير
وطيب نشر عبير
البنفسج المهطور
والاس شبه عذار
بخدّ ظبي غزير
والورد اقبل في جيش
حسنه المنصور

" Euge! per ſplendidum ver, & flores ejus
" nitidos,
" Narciſſum & parthenium ſimiles oculis &
" dentibus,

Digitized by Google

" Et jaſminum tanquam colorem amatoris
" ſolitarii,
" Et anemonem ſimilem formoſæ puellæ quæ
" venit ſerico (veſtita)
" Et odorem ſuavem unguenti, violam pluviâ
" irrigatam,
" Myrtique florem ſimilem lanugini in genâ
" hinnuli ſucco pleni,
" Et roſam cum exercitu (ſpinis) venientem,
" cujus pulchritudo victrix eſt."

Digitized by Google

CAPUT VIII.

De reliquis Figuris.

RESTAT ut alias poeſeos Aſiaticæ figuras tractem. Sunt autem minutiores quædam exornationes pœnè innumeræ; quas *omnes* pluribus verbis percurrere, non eſt neceſſarium: juvat tamen *inſigniores* quaſdam priùs proferre, quàm de fictâ *Perſonarum inductione* loquar, quæ tranſlationis eſt ſpecies audaciſſima, & omnium gentium, ac præcipuè Aſiaticorum, poeſi incredibilem affert ſuavitatem.

Ac primùm verbi ejuſdem *Iteratio* admodum elegans eſſe videtur; ut in illo poetæ Arabici * verſu,

شددنا شدة الليث عدا والليث غضبان

" Violenti fuimus inimicitiâ, tanquam leo, &
" leo iratus."

nec eſt in Græco ſermone invenuſta, ut Theocritus †,

———λις ἐσακκασας
Νεβρω φθεγξαμενας τις ἐν ὠρεσιν, ὠμοφαγος λις.

* In libro Hamaſſa. † Theocr. Idyll. xiii.

Digitized by Google

ubi videant harum minutiarum indagatores vocum ليث, ליש, & λις, cùm ſono tùm ſenſu affinitatem.

Nec minus lepida eſt *Agnominatio*, quam Græci Παρονομασιαν, *Arabes* تجنيس appellant: fit autem, cùm ad res diſſimiles ſimilis vox in eodem verſu accommodatur. Hac figurâ ita delectantur *Aſiatici*, nullum ut occaſionem amittant, quâ eam commodè uſurpent: ſic Hafez,

از سر پیمان برفت با سر پیمانه شد

" Ab amore religionis ad cyathi deſiderium
" tranſit."

Nam *Peiman* religionem, *Peimâne* verò cyathum ſignificat. Et in eodem carmine,

دل بر دلدار رفت جان بر جانانه شد

Dil ber dildâri reft, gian ber gianâne ſhüd.

" Cor ad cordis raptricem, anima ad amicam
" diſceſſit."

Idem alibi,

ترک ترکان خطا نبود صواب

Terki Turcani Khatha nebud ſavab.

" Formoſas Tartariæ puellas relinquere, non
" decet."

Digitized by Google

&

که بر طرف چمن زارش همیکردد چمان
ابرو

Ke ber tarfi chemenzáreſh hemikerded chemán abru.

" Nam in * horti ejus extremitate delicatè " movet ſupercilium ejus."

etenim *Chemen* hortus eſt, & *Chemán kerden* delicatè incedere.
Adde huc pulchram illam ſententiam,

ان بلا نبود که از بالا بود

An belá nebud ke ez bála bud.

" Ærumna quæ à ſuperis venit, ærumna non " eſt."

& illam Arabicam,

المال مايل والذهب ذاهب

Elmâl mâïl waeddbeheb dhahib.

" Divitiæ dilabuntur, & aurum fugit."

Nec omittendi ſunt elegantes poetæ *Turcici* verſûs,

* Pulchram adoleſcentulæ faciem cum horto comparat poeta.

Digitized by Google

آلهي سن بني سينه ايلتمه
صرمايينجه ياركّ سينه سينه

" O Deus, ne me ad ſepulchrum (ſéne) per-
" ducas,
" Donec amicæ gremium (ſéne ſéne) am-
" plexu teneam."

Elegia Arabica in *tertio capite* citata annominationibus unicè conſtat, iiſque lepidiſſimis, ut

مرابع نعم نعم تلك المرابع

" Æſtivæ *Naomæ* manſiones: oh, ſuaves *(nâm)*
" manſiones!"

&

هل لعلع الرعد الهتون بلعلع

" An ſtrepit (lâlâ) in monte *Lala* nubes to-
" nans & pluvioſa?"

Haud ſum neſcius hanc exornationem à pleriſque contemni tánquam nimis concinnam & puerilem; & profectò in linguis *Europæis* parcè admodum ſumenda eſt: rectè ait auctor rhetoricorum ad Herennium *, " Quæ ſunt ampla &
" pulchra diù placere poſſunt: quæ lepida &
" concinna, citò ſatietate afficiunt aurium ſen-

* Lib. iv.

Digitized by Google

" ſum faſtidioſſimum. Quomodo igitur, ſi cre-
" brò his generibus utemur, puerili videbimur
" elocutione delectari: ita ſi rarò has interſere-
" mus exornationes, & in cauſâ totâ variè diſ-
" pergemus, commodè luminibus diſtinctis il-
" luſtrabimus orationem."

Quæ verò de oratione dicit, ad poemata transferri poſſunt, ita tamen ut hæ feſtivitates ad leviora carminum genera quàm ad elata & heroica, videantur eſſe accommodatiores. Nec eſt tamen negandum quin Annominatio inſignem afferat Sermonibus Aſiaticis pulchritudinem. Itaque eâ etiam ſacros Vates Hebræos delectari invenimus *.

Nunc verò ad Προσωποποιιαν, ſeu Perſonæ inductionem, veniamus. Ea eſt quaſi animata Allegoria, quæ tranſlationum eſt continuatio; tranſlatio autem occultam ſimilitudinem ſemper complectitur. Sic " gena tanquam roſa" ſimilitudo eſt, imagine à naturâ depromptâ: " roſa genarum ejus" eſt tranſlatio: " genarum " roſas oculorum pluvia irrigat" eſt Allegoria; & duas complectitur tranſlationes. Similiter, " Roſa horti roſæ genarum tuarum dixit, Ambæ " formoſæ ſumus; ſed tu perpetuò nites, ego " celeriter defloreſco," fictæ perſonæ eſt inductio.

* Micha. cap. i. ver. 10, & alibi centies.

Digitized by Google

Atque in hac audaciſſimâ figurâ mirifica illa & quaſi magica poeſeos vis unicè elucet; & maximè apud poetas Aſiaticos, qui eam frequentiſſimè uſurpant. Apud eos enim omnia vivunt, omnia animantur. Colloquuntur inter ſe flores, aves, arbores: perſonam etiam induunt notiones illæ abſtractæ, pulchritudo, juſtitia, mœror, hilaritas; rident prata, canunt ſylvæ, lætatur cœlum; roſa Zephyro dat mandata luſciniæ perferenda; luſcinia roſæ pulchritudinem deſcribit; & cùm lætiores illas imagines relinquant, gladius magni regis gemmis ornatus lunæ ait 'Tu co-'rona mea es; & vergiliis, Vos tanquam veſtem 'induo.' Omnis denique naturæ immenſitas tanquam theatrum eſt, in quo nihil eſt tam à vitâ ac ſenſu remotum, quin perſonâ indutum in ſcenam prodeat, & voce diſtinctâ loquatur.

Hujus figuræ duo genera ſunt; alterum, cùm fictis perſonis atque inanimis vox & oratio tribuitur; alterum, cùm poeta rem vitâ carentem tanquam animatam alloquitur: nam veræ perſonæ inductio, vel potius in aliam perſonam tranſitus, inter figuras neſcio an rectè numeretur: non eſt certè tranſlationis ſpecies, Sed, ut ut ſit, frequens eſt ejus in poeſi Aſiaticâ uſus; contineo me ab exemplis; unum tantùm proferam. In libri Buſtán initio, *Mohammedis* laudes poeta percenſet, & tandem hos verſus effundit verè magnificos:

Digitized by Google

شبي برنشست از فلك برگذشت
بتمكين وجاه از ملك برگشست
چنان كرم در تيه قربت براند
كه در سدره جبريل ازو باز بماند
بدو گفت سالار بيت الحرام
كه اي حامل وحي برتر خرام
چو در دوستي مخلصم يافتي
عنانم زصحبت چرا تافتي
بگفتا فراتر مجالم نماند
نماندم كه نيروي بالم نماند
اگر يك سر موي برتر پرم
فروغ تجلي بسوزد پرم
نماند بعصيان كسي در گرو
كه دارد چنين سيدي پيشرو

‘ Qui unâ nocte nobiliter evectus ſuper æthera aſcendit
‘ Illuc, ubi angeli nequeunt pervenire:
‘ Qui in cœleſti hoc itinere tam longè progreſſus eſt,
‘ Ut illic ubi conſiſtere cogitur Gabrielis, non conſtiterit:
‘ Tum dixit illi Gabrieli dominus templi Meccani,
“ O tu qui oracula portas, propiùs accede;
“ Quoniam amicitiam meam perfectam adeptus es,
“ Quare colloquii noſtri frena laxas?”
‘ Reſpondit: “ Non eſt ampliùs ubi veniam locus,
“ Illic conſiſto, ubi plumæ meæ vi careant:

Digitized by Google

" Si vel minimè altiùs evolem,
" Jubar gloriæ tuæ ſplendentis alas meas liquefaciet."
' Nemo peccatis immerſus diù manet
' Qui talem Vatem ducem habeat !'

Quæ deſcriptio quàm nobilis eſt, quàm elata !

Sed illuc redeo, unde paullum dilapſa eſt oratio. Primum itaque hujus figuræ genus eſt, cum fictæ perſonæ datur vox & ſenſus; cujus generis exempla quædam inſigniora ſubjiciam. In amatoriis Perſarum carminibus ſæpe inducuntur loquentes luſciniæ & roſæ; ut in illo *Sadii* verſu,

داني چه گفت مرا آن بلبل سحري
تو خود چه ادمي كز عشق بيخبري

" Sciſne, quid mihi dicat luſcinia illa matu-
" tina ?
" Tu quiſnam homo es, qui amoris ſis ig-
" narus ?"

Sic Hafez elegantiſſimè,

مي خواه وگلفشان كن ازدهر چه ميجوي
اين گفت سحركه گل بلبل تو چه ميگوي

" Pete vinum, ſparge flores : quid à fortunâ
" quæris ?"

Putamus primo aſpectu hæc à poetâ proferri, ſed ſtatim ſubjungit,

Digitized by Google

" Hæc manè dixit roſa,"

deinde ad *Luſciniam* orationem flectit,

" Tu autem, luſcinia, quid ais?"

hoc eſt, " an amicæ tuæ aſſentiris?"
Similiter alio loco,

جمشید وجام جم مطلب جام مي بخواه
کین است قول بلبل دستان سراي جم

" Gemſhidum (regem antiquum) & mirifi-
" cum ejus poculum noli quærere: po-
" culum vini pete;
" Ea enim vox eſt luſciniæ narratricis in
" horto regis."

Et alibi,

بلبلي برگ کلي خوش رنگ در منقار
داشت
واندران برگ ونوا خوش نالهاي زار
داشت
کفتمش در عین وصل این ناله وفریاد
چیست
کفت مارا جلوهٔ معشوق دراین کار داشت
چیست

" Luſcinia roſæ ſuaviter coloratæ folium in
" roſtro habuit,

Digitized by Google

" Et in illo folio dulces querelas & gemitûs
" edidit:
" Dixi illi, In ipſo congreſſu quid vult iſta
" querimonia & lamentatio?
" Dixit: Nos ad hoc opus amici faſtus redi-
" git."

Ejuſdem generis eſt lepidum hoc † violæ & roſæ
" colloquium,

بنفشه دوش بكل كفت وخوش بياني داد
كه تاب من بجهان طرهٔ فلاني داد

" Herì ſic roſam allocuta eſt viola, & ſuaviter
" ſenſa ſua explicabat,
" Splendorem meum terris, cujuſdam (for-
" moſæ puellæ) cincinnus præbet."

Poſſum innumera hujus figuræ exempla è poetis Arabicis expromere; ſed unum atque alterum ſufficiet. Ac primùm ſubjungam perelegantes verſiculos principis illuſtriſſimi & venuſtiſſimi poetæ *Ebni'l Fiadh*,‡

قم فاسقني بين خفق الناي والعود
ولا تبع طيب موجود بمفقود *
كاساً اذا بصرت في القوم محتشماً
قال السرور لها قم غير مطرود *

† Vide Cap. v. ſeu Ode, & Cap. x. de Imaginibus.
‡ In libro Yatimato'ddehri.

Digitized by Google

لحن الشهود وخفق العود خاطبنا
يزوج ابن سحاب بنت عنقود *

' Surge, & affer, dum ſonant tibia & cithara,
' (Neu gaudium certum incerto permutes)
' Cyathum, cui, cœtum congregatum aſpi-
" ciens,
' Dicit Hilaritas, " Surge non repulſus;
" Nos teſtes ſumus, & lyræ moduli nobis an-
" nunciant,
" Filium nubium racemi filiam ducere."

Quàm lætus perſonarum conventus! Vides animis & vitâ donata, pocula, lætitiam, muſicam, aquam, vinum. Per nuptias enim *filii nubium & uvarum filiæ* pulchrè innuitur vini cum aquâ temperatio. Facilè docto Arabi *Thaalebio* † aſſentior, qui hos verſûs in ſuo genere admirabiles putat: ſed Arabicè legantur neceſſe eſt; Latinè enim ne adumbrari quidem poteſt eorum pulchritudo ac lepos. Huc addatur mirificus in *Timuri* hiſtoriâ locus (quam hiſtoriam poema nobiliſſimum audeo dicere) ubi *Hyems* cum invicto illo heroe inducitur colloquens:

† Vide librum Yatîmah. Part. I. cap. iv. verba *Thâlebii* ſunt,

ومن ملح شعر ابن الغياض قوله ولم اسمع
في معناه احسن منه قم فاسقني &c.

Digitized by Google

فجال بينهم الشتاء بجفاجف عواصفه وبثّ فيهم حواصب قواصفه واقام عليهم نابحات صراصره وحكم فيهم زعازع صنابره وحل بناديه وطفق يناديه مهلًا يا مشوم ورويدا ايها الظلوم الغشوم فالي متي تحرق القلوب بنارك وتلهب الاكباد باوامك واوارك فان كنت احد نفسي جهنم فاني انا ثاني النفسين ونحن شيخان اقترنّا في استيصال البلاد والعباد فانحس بقران النحسين وان كنت بردت المنفوس وبردت الانفاس فنفحات زمهريري منك ابرد او كان في جرايدك من جرد المسالمين بالعذاب فاصماهم واصمّهم ففي ايامي بعون الله ما هو اصمّ واجرد فوالله لا حابيتك فخذ ما اتيتك ووالله لا يحميك يا شيخ من برد المنون لواعج جمر مجمرة ولا واهج لهيب في كانون *

‘ Circumibat autem illos *Hyems* cum ventis ſuis
‘ vehementibus, & ſparſit inter eos flatus ſuos
‘ glaream diſpergentes; & in eos concitavit
‘ ventos ſuos frigidos, ex oppoſito flantes; &
‘ poteſtatem in eos conceſſit gelidis ſuis pro-

Digitized by Google

‘ cellis: & in ejus *(Timuri)* conſeſſum de-
‘ ſcendit, & eum inclamans, allocuta eſt:
“ Lentè, O infauſte, & leniter incede, O
“ tyranne injuſte! quouſque tandem homi-
“ num corda igne tuo combures? & jecinora
“ æſtu & ardore tuo inflammabis? Quòd ſi
“ una es ex infernis animis, equidem anima-
“ rum altera ſum; & nos ſenes ſumus, qui
“ continuò occupamur in regionibus & ſervis
“ ſubjugandis; & ſtellæ maleficæ *(Mars &*
“ *Saturnus)* in conjunctione ſunt infauſtiſ-
“ ſimæ. Et ſi animas occîdis, & auras fri-
“ gidas reddis, at auræ meæ gelidæ te ſunt
“ frigidiores; aut ſi in tuis catervis (milites)
“ ſint qui fideles ſuppliciis vexent, impellant,
“ percutiant: at in diebus meis, Dei adjutu,
“ eſt id quod magis vexet & percutiat. Et
“ per Deum, tibi nihil remitto. Cape igitur
“ id, quod ad te attuli; & per Deum, non
“ te defendent, O ſenex, à leti frigore, car-
“ bonum in foco ardor, nec in menſe De-
“ cembri flamma.”

Nunc ad alterum hujus figuræ genus veniamus: idque fit, cùm rem vitâ ac ratione carentem poeta alloquitur; velut in illo dulciſſimo *Amralkeiſi* carmine,

الا ايها الليل الطويل الا انجلي
بصبح وما الاصباح منك بأمثل

Digitized by Google

" O longa nox, ne, obſecro, diſcutiaris
" Per auroram; nec enim eſſet aurora te præſ-
" tabilior."

Sed nullum hujus generis exemplum mihi occurrit inſignius, quàm illud *Hafezi* carmen, quo adoleſcentuli pulchritudinem, ſub puellæ ſcilicet perſonâ, venuſtiſſimè deſcribit, verſâ perpetuò oratione ad auram, ad roſam, ad narciſſum, ad herbas, ad cupreſſum, &, quod audacius eſſe videbitur, ad intellectum:

اي باد شميم يار داري
زان تحفهٔ مشكبار داري

" O aura, amici habes odorem,
" Inde munus ſuave-olens (moſchatum) af-
" fers."

زنهار مكن دراز دستي
با طرّهٔ او چكار داري

" Cave; noli furari (درازدست *longam habens manum*, id eſt, Fur)
" Cum cincinno ejus ecquid babes negotii?"

اي كل تو كجا وروي زيباش
او مشك وتو خاربار داري

" O roſa, ubi es, præ vultu ejus nitido?
" Ille moſchus eſt; tu autem ſpinas habes."

Digitized by Google

ریحان تو کجا وخط سبزش
او تازه وتو غبار داري

"Herba odorifera, ubi es, præ recenti ejus
" lanuginé?
" Ea floret, tu autem marceſcis."

نرکس تو کجا وچشم مستش
او سرخوش وتو خمار داري

" Narciſſe, ubi es, præ ebrio ejus oculo?
" Ille temulentus eſt, tu autem crapulâ affi-
" ceris."

اي سرو تو با قد بلندش
در باغ چه اعتبار داري

" O cupreſſe, cum ſtaturâ ejus procerâ,
" In horto, quam habes affinitatem?"

اي عقل تو با وجود عشقش
در دست چه اختیار داري

" O intellectus, cum amoris ejus exiſtentiâ,
" (Si) in poteſtate tuâ (eſſet) quam haberes
" electionem?"

روزي برس بوصل حافظ
کر طاقت انتظار داري

Digitized by Google

Carmen Persicum.

ای باد چشم یار داری — زان تحفه مشکبار داری

زنهار مکن دراز دستی — با طرهٔ او چکار داری



ای گل تو کجا و روی زیباش — او مشک و تو خار بار داری

ریحان تو کجا و خط سبزش — او تازه و تو غبار داری

نرگس تو کجا و چشم مستش — او لاله خوش و تو خمار داری

ای سرو تو با قد بلندش — در باغ چه اعتبار داری

ای عقل تو با وجود عشقش — در دست چه اختیار داری

روزی بوصی بوصل حافظ
گر طاقت انتظار داری

Digitized by Google

Digitized by Google

" Unum diem veni ad *Hafezi* congressum,
" Si quidem cunctandi potestatem habes."

Quàm pulchræ imagines! Comparatur odor cincinnorum suavissimus cum zephyro moschum afflante; facies formosa cum rosâ, ita tamen ut longè nitidior esse videatur; lanugo in genis succrescens, cum herbis recentibus: oculi languidi & quasi ebrioli cum teneris narcissi floribus; statura cum cupressi ramulo; quâ comparatione etiam Græci utuntur; ut *Alcæus*,

Τινι σ', ὠ φιλε γαμβρε, καλως εἰκασδω;
'Ορπακι βραδινῳ σε μαλις' εἰκασδω.

quibus similitudinibus (est enim personæ inductio, ut anteà dixi, translationis species, translatio autem similitudo brevis) quid delicatius esse potest, quid venustius? Mirum est sanè quantas suavitates in tam breve carmen poeta incluserit. Hanc odam (utpote quæ ad *Anacreontis* laudem propè accedat) versibus Anacreonteis Græcè reddidi:

'Ωδαριον.

Χαριεντος, αὐρα, παιδος
'Απαλην φερεις ἀϋτμην,
Δια τȣτ' ἀναπνεȣσα
Μυρον ἐκ πτερων ψεκαζεις.
Ζεφυρ' ἐν κομαισι παιδος
'Υακινθιναις ἀθυρεις.
'Αγε δη. τι δητ' ἐκλεψας
Φιλερωτος ἐκ κικιννȣ;
Τι κομας, ῥοδον τρυφηλον,

Ροδον ἀνθεων ἀγαλμα;
Μαλακος μην ἐσθ' ὁ κυρ@,
Συ δ' ἀκανθιοις πυκαζη.
Συ δη τι τρυφας, σελινον;
Συ γαρ εὐθυς ἐκμαραινη,
Χλοερυς δ' ὁ παις ἰυλυς
Θαλεραις ἐχει παρειαις.
Συ δη, * λειριον, τι καυχα;
Ὑπομειδια, μεθυσκον
Καλον ὀμμα παιδος ἀβρυ,
Συ δ' κεισεαι νοσωδες.
Κυπαρισσε, μη τι κομπης
Ῥαδινοις ἐπι κλαδισκοις,
Ῥαδινωτερον γαρ ἐστιν
Ἀπαλοιο σωμα παιδος.
Φιλον ἠτορ, ἀντ' ἐρωτος
Ἰοβοστρυχυ κοροιο
Λιπαροχροος, σφριγωντος,
Τι κεν ἠρεθης ἐελδωρ;
Φιλε κυρε, μη βραδυνης,
Ταχυ μοι ποθεινος ἐρχυ,
Σεο γαρ φανεντος, ὠ παη
Τριφιλητε, παντα θαλλει.

* Attici florem narciſſi λειριον vocabant. Suid.

Digitized by Google

CAPUT IX.

العبارة الغايبة

SIVE

De arcanâ Poematum Significatione.

DE figuris Aſiaticæ dictionis ſatis, ut arbitror, diſſerui; & ſatis fusè oſtendi nullas in Arabum ac Perſarum poeſi vel verborum vel ſententiarum exornationes deſiderari. Attamen, nequis nobis locus intactus relinquatur, de *occulto illo ſenſu*, quem in poematibus Aſiaticorum amatoriis latere nonnulli exiſtimant, paucis diſputabo: & quoniam nihil eſſe puto veritatis inveſtigationi inimicius aut magis peſtiferum, quam ſententiæ ſimulationem, dicam apertè quid ſentiam, nec argumenta celans quibus opinionem meam confirmem, nec aliorum ſententias repudians, ſi quis in illis veritatis color eluceat.

Sunt igitur in linguis Aſiaticis, ac præcipuè Perſicâ, carmina pœnè innumerabilia, quorum idem eſt argumentum unuſque ferè perpetuus tenor. Nempe in iis continuâ ſerie laudantur amores ac deliciæ, voluptates, vina, odores, ludi,

Digitized by Google

convivia; & reliqua quæ ſenſibus blandiuntur: accedunt humanæ pulchritudinis lætæ admodùm deſcriptiones; intexuntur loci illi communes, de fortunæ temeritate, de honorum ac falſæ regionis contemtione; incertos eſſe rerum humanarum eventûs, & brevem lucis ac vitæ uſuram; amoris autem ſuavitates celeritèr defloreſcere; oportere igitur voluptates, dum licet, rapere, &

——ποιειν τι οἰς γονυ χλωρον *.

nihil enim eſſe amore ſuavius, nihil quod magis hominem deceat. Exponuntur etiam eæ quæ in amore inſunt variæ perturbationes, dolor, ægritudo, deſiderium, ſpes, lætitia; nunc amator abſens languet, dolet, illachrymat, nunc ob amicæ conſortium vehementer exultat & triumphat. Hæc autem omnia deſcribuntur mirâ ſententiarum varietate, verborum elegantiâ, imaginum ſplendore, & tranſlationum pulcherrimarum copiâ.

Poetæ, qui horum carminum laude floruerunt, ſunt innumeri; quorum tamen facilè principatum obtinet ille, de quo jam dictum eſt †, Hafez; cujus politiſſimum carmen, cum adumbratione Latinâ, idcircò hic apponam, ut horum carminum, de quibus ſum proximè locutus, percipiatur natura:

* Theocr. Idyll. XIV. † Vide Cap. V. &c.

Digitized by Google

ساقیا ساغر شراب بیار
یکدو ساغر شراب باب بیار

Puer, vini cyathum affer,
Unum atque alterum vini puri cyathum affer.

داروي درد عشق یعني مي
کوست درمان شیخ وشاب بیار

Remedium amoris ægritudinis, hoc eſt, vinum,
(Illud enim ſenum & juvenum medicina eſt)
affer.

آفتابست وماه باده وجام
در میان مه آفتاب بیار

Sol & luna ſunt vinum & cyathus,
In mediâ lunâ ſolem affer.

بزن این آتش مرا آبي
یعني آن آتش چو آب بیار

Illide ignem illum nobis liquidum,
Hoc eſt, ignem illum aquæ ſimilem affer.

کل اکر رفت کو بشادي رو
بادهٔ ناب چون کلاب بیار

Si roſa tranſit, dic, vultu hilari
Vinum purum tanquam aquam roſarum, affer.

Digitized by Google

غلغل بلبل ار نماند رواست
غلغل شیشهٔ شراب بیار

Strepitus luſciniæ ſi non manet, oportet
Strepitum poculorum afferas.

غم دوران مخور که رفت برفت
نغمهٔ بربط ورباب بیار

Ob temporum mutationes ne ſis triſtis, ſed identidem
Concentum citharæ & fidium affer.

وصل او جز بخواب نتوان دید
داروي کاوست اصل خواب بیار

Congreſſum illius, niſi in ſomno, videre nequeo,
Medicinam (vinum), quæ ſomni origo ſit, affer.

کرچه مستم چه چاره جام دکر
تا بکلي شوم خراب بیار

Quòd ſi ebrius ſum, ecquid eſt remedii? alium calicem
Ut prorſus ſenſibus deſtituar, affer.

یکدو رطل کران بحافظ ده
کر کناهست وکر صواب بیار

Digitized by Google

Unum atque alterum cyathum Hafezo da,
Seu peccatum ſit, ſeu factum laudabile, affer.

Quam odam ita reddidi:

Affer ſcyphos, & dulcè ridentis meri
Purpureos latices
Effunde largiùs, puer.
Nam vinum amores lenit adoleſcentium
Difficileſque ſenum
Emollit ægritudines.
Solem merum æmulatur, & lunam calix;
Nectareis foveat
Dic luna ſolem amplexibus.
Flammas nitentes ſparge: vini ſcilicet
Fervidioris aquam
Flammæ nitentis æmulam.
Quòd ſi roſarum fragilis avolat decor,
Sparge, puer, liquidas
Vini rubeſcentis roſas.
Si devium Philomela deſerit nemus,
Pocula læta canant
Non elaboratum melos.
Injurioſæ ſperne fortunæ minas;
Lætaque mœſtitiam
Depellat informem chelys.
Somnus beatos, ſomnus amplexûs dabit;
Da mihi dulce merum
Somnum quod alliciat levem.
Dulce eſt madere vino. Da calices novos,
Ut placidâ madidus
Oblivione perfruar.
Scyphum affer alterum puer, deinde alterum;
Seu vetitum fuerit,
Amice, ſeu licitum, bibam.

Digitized by Google

Huic carmini aliud ſubjiciam, idque in amatorio genere pulcherrimum, & venuſtis imaginibus unicè conſtans:

اي همه شكل تو مطبوع وهمه جاي تو خوش
دلم از عشوهٔ شيرين شكر خاي تو خوش

Ah! tota forma tua delicatè fingitur, unuſquiſque locus ubi tu es, dulcis eſt,
Cor meum à dulci tuâ & melleâ laſciviâ hilare eſt.

همچو كلبرك طري بوده وجود تو لطيف
همچو سرو چمن خلد سراپاي تو خوش

Tanquam roſæ folium recens, natura tua lenis eſt,
Tanquam horti æternitatis cupreſſus, ex omni parte ſuavis es.

شيوهٔ وناز تو شيرين خط وخال تو ملبح
چشم وابروي تو زيبا قد وبالاي تو خوش

Diſſimulatio & petulantia tua dulcis eſt, prima lanugo & nævus in genâ tuâ pulcher,
Oculus & ſupercilium nitida ſunt, ſtatura tua & proceritas amabilis.

هم كلستان نكارم زتو پر نقش ونكار
هم مشام دلم از زلف سمن‌ساي تو خوش

Digitized by Google

Viſûs mei roſetum à te picturis & ornamentis plenum, cordis mei odor à cincinno tuo jaſmineum habente odorem dulcis eſt.

در ره عشق زسیلاب بلا نیست کذار
کرده‌ام خاطر خودرا بتولاي تو خوش

In amoris viâ à doloris torrente non eſt perfugium,
At ſtatum meum ob tuam amicitiam jucundum reddidi.

پیش چشم تو بمیرم که دران بیماري
میکند درد مرا از رخ زیباي تو خوش

Ante oculos tuos morior; at in illâ ægritudine
Ob genam tuam ſplendidam dolor meus dulcis fit.

در بیابان طلب کرچه زهر سو خطرست
میرود حافظ بیدل بتمناي تو خوش

In deſerto indagandi te tametſi undequaque periculum eſt,
Tamen Hafez corde deſtitutus, dum tuum adventum petit, tranquillè procedit.

De verâ horum carminum ſignificatione magna eſt opinionum diverſitas. Alii proprium tantummodò ſenſum agnoſcunt, alii reconditius

Digitized by Google

quiddam in iis ac divinius cenſent deliteſcere. Audiamus itaque utriuſque ſententiæ defenſores. Aiunt quidam animos humanos, in corporum vinculis & compagibus incluſos, eodem ferè modo (ſed longè vehementiùs) in divinum omnium rerum procreatorem affici, quo in amicas amatores; nam ut amantes amicarum recordantur, ſi qua res eorum oculis obverſetur, quæ aliquam habeat cum amato corpore cognationem, ſic animas noſtras vitæ ſuperioris recordatione & deſiderio langueſcere, ſi quando divinæ pulchritudinis adumbratam quandam effigiem videamus. Hunc autem amorem ita eſſe ardentem, ut ad inſaniam quandam, & quaſi ἴνσασιν accedat: & quoniam ea eſt mentium humanarum imbecillitas, ea ſermonum, quibus utuntur homines, inopia, ut verbis ad hunc ardorem ritè exponendum accommodatis careant, neceſſe eſt poetæ, cœleſti illo furore & divinâ permotione incitati, iis utantur imaginibus & verbis, quæ maximam habeant cum ſuis conceptibus affinitatem. Cùm autem ii, qui divino amore inflammentur, tanquam ebrii, à mentis ſenſu abſtrahantur, nihil aptius eſſe poteſt, quàm ebrietatis imaginem ad hunc diviniorem rationis amiſſionem transferre. Hinc oſculorum, hinc amplexationum, hinc deliciarum, atque amœnitatum omnium in Perſarum carminibus deſcriptiones ortum habuerunt, quæ ad proprium ſen-

Digitized by Google

ſum reſtringi nullo modo debent. Atque hoc ipſi poetæ ſatis apertè declarant; ſic Hafez,

شود مست وحدت زجام الست
هرانکه چو حافظ مي ناب خورد

Ebrius eſt ſolummodò æterni fœderis amore,
Is qui, more Hafezi, vinum purum bibat.

&,

خرم دل انکه همچو حافظ
جامي زمي الست کيرد

Jucundum cor ſit illi, qui Hafezo ſimilis
Poculum vini æterni fœderis capiat.

& alibi,

مستي عشق نيست در سر تو
رو که تو مست آب انکوري

Amoris ebrietas capiti tuo non ineſt;
Abi: tu enim ſucco uvarum ebrius es.

& Sadi,

مکر بويي عشق مستت کند
طلب کار عهد الستت کند

Forſan unus amoris odor te inebriabit,
Et faciet te fœdus divinum quærere.

Digitized by Google

Sic etiam poeta Turcicus *Ruhi Bagdadi*,

صنمك بزي كه شيرهٔ انكورايله مست ايز
بز اهل خرابات مي مست الست ايز

Noli putare nos uvæ ſucco ebrios eſſe,
Nos eas tabernas colimus, ubi divini fœderis vino inebriemur.

Hæc illi. Nunc prodeant ii qui huic ſententiæ adverſantur. Damus, inquiunt, hæc, ſi de tranſlatione vel ſimplici vel etiam continuatâ loquamini; ſed hæc tranſlatio per longum poema perpetuâ ſerie deduci nullo pacto poteſt. Licet poetæ religioſo dicere, ſe ad divinum numen accedere non minùs ardenter cupere, quàm amator amicam videre; ſed non utique licet propriam notionem penitus dimittere, & imaginibus ab amore humano petitis per longiſſimum opus perpetuò uti. Id qui faciunt, ænigmata non verſûs ſcribere conſendi ſunt.

Permuta enim imaginem: dulciſſimè certè & tenerrimè inquit vates Hebræus,

כאיל תערג על אפיקי מים
כן נפשי תערג אליך אלהים׃

Velut cervus rivos aquarum ardenter deſiderat,
Sic tui deſiderio, Deus, anima mea flagrat.

Digitized by Google

Cuiquamne verò concederemus, ut continuò carmina perlonga contexeret, in quibus de rivulis, de cervis, de ſitis ægritudine, de herbarum amœnitate, de ſylvis ac pratis ſolummodò loqueretur? Quæ autem narrant de animâ noſtrâ in corporis catenis inclusâ, vitæque divinioris deſiderio flagrante, & quæ ſequuntur, ea ferè ſunt Platonica. At quidnam eſſe cauſæ putemus, cur Platonis viri graviſſimi verſiculos de Agathone, de Aſtere, de Dione, de Archianaſsâ, nemo unquam extiterit, qui ad ſenſum reconditiorem interpretaretur; quæ verò poetæ Aſiatici, homines, ut ſcimus, admodum voluptuarii, de amoribus ac deliciis ſcribunt, ea divina, ea pietatis plena, ea μυστηριον quoddam continere dicamus? Multa ſunt à Græcis poetis, ac præſertim à Lyricis, & cogitata & ſcripta venuſtiſſimè; quæ tamen nemo eſt niſi ſimpliciter & propriè interpretatus. Quid? ſex illos elegantes verſiculos, qui cum poeſi Perſicâ mirificè congruunt,

Ἐκμαινει χειλη με ῥοδοχροα, ποικιλομυθα,
Ψυχοτακη, ϛοματῳ νεκταρεη προθυρα,
Και γληναι λασιησιν ὑπ' ὀφρυσιν ἀϛραπῖσαι,
Σπλαγχνων ἡμετερων δικτυα, και παγιδες,
Και μαζοι γλαγοεντες, ἐυζυγες, ἱμερροεντες,
Εὐφυεες, πασης τερπνοτεροι καλυκῳ.

ad proprium ſenſum reſtringendos, nemo eſt qui non cenſeat: illos verò Hafezi verſûs,

Digitized by Google

كرفته نافهٔ چين بوي مشك ازان كيسو
كلاله يافته بوي چنان ازان عارض
بكل بهاند فرو سرو ناز ازان قامت
خجل نشست كل كلستان ازان عارض
بشرم رفت كل ياسمين ازان اندام
بخون نشست آل ارغوان ازان عارض

Capit vesica Sinensis odorem moschi ab illis crinibus,
Crines autem talem odorem ab illâ genâ recipiunt:
In terram demittitur cupressus lasciva ob illam staturam,
Pudore affecta sedet rosa horti ob illam genam;
Verecundans abit flos jasmini ob illud corpus,
Sanguinem stillat color floris purpurei (Argovan) ob illam genam.

Hos, inquam, versûs ad divinum nescio quid pertinere existimant. Quid? cum scribat Mimnermus, bellè, ut solet,

Τις δη βιος, τι δη τερπνον ανευ χρυσης Αφροδιτης;
Τεθναιην, ὁτε μοι μηκετι ταυτα μελοι,
Κρυπταδιη φιλοτης, και μειλιχα δωρα, και εὐνη.

quisquamne arbitratur poetam per *auream* illam *Venerem* per *dulcia amoris dona*, per *furtivos illos*

Digitized by Google

complexús, pietatem & divinum amorem intelligere? Cur ideò putemus Meſihium, poetam Turcicum, cùm dicat elegantiſſimè,

آلهي سن بني سينه ايلتمه
صرمايينجه يارك سينه سينه

Ne me, Deus, in ſepulchrum perducas,
Donec amicæ meæ gremium amplexu teneam,

quippiam reconditum aut cœleſte innuiſſe? Quid? verſûs illos Hafezianos,

* مسند بكلستان بر تا شاهد وساقي‌را
لب كيري ورخ بوسي ومي نوشي كلبوي

Pulvinar in roſarium affer, ut pulchri pueri & ancillæ
Labia premas, genas oſculeris, & vinum bibas roſæ odore præditum.

* In alio codice legitur:

زان به چه كه در بستان معشوقه وعاشق را
لب كيري ورخ بوسي مي بوشي وكل بوي

Quid dulcius eſt quàm in horto amicæ & amici
Labia premere, & genas ſuaviari, vinum bibere, & roſas olfacere?

Digitized by Google

& illos,

بر رخ ساقي پري پيكر
همچو حافظ بنوش بادهٔ ناب

A genâ puellæ, nymphæ ſimilem habentis vultum,
Tanquam Hafez, merum hauri.

& illum ardenti affectu plenum,

لبم بر لب نه اي ساقي وبستان خان شيرينم

Labium ſuper labium pone, ô vini miniſtra, & dulcem meam animam ebibe.

annon ad terrenos amores ſpectare cenſendum eſt?

Quòd ſi plura argumenta ex ipſis poetarum Aſiaticorum carminibus depromenda ſint, permulta proferre poſſimus exempla, quibus perſpicuum ſit Hafezo atque aliis, Mohammedem & ipſam religionem ludibrio fuiſſe; velut cum dicat,

ان تلخ وش كه صوفي ام الخبايثش خواند
اشهي لنا واحلي من قبلة العذارا

Acre illud (vinum) quod vir religioſus (Mohammedes) matrem peccatorum vocitat,
Optabilius nobis ac dulcius videtur quàm virginis ſuavium.

Digitized by Google

&c

ما مست شراب ناب عشقیم
نه تشنه به سلسبیل وکافور

Nos vino puro amoris inebriamur,
Fontes autem cœleſtes (Salſebil & Cafur) non ſitimus.

Et alibi plus millies.

Ac profectò ſatis intelligere nequimus, cur poetas credamus hujuſmodi involucris ac tegumentis velle celare eas virtutes, quibus nihil laudabilius eſſe poteſt, pietatem ac Dei cultum; amores verò impudicos, & qui maximè humano generi dedecori ſint, apertè profiteri. Multò certè veriſimilius eſt, poetas illos, utcunque ſenſum quendam occultum innuere videantur, eo ſolùm prætextu uti, ut cives ſuos credulos & religioſos decipiant, & voluptatibus liberiùs indulgeant. Ac ne ipſis quidem Perſis, (doctioribus ſcilicet) Hafezi carmina arcanam habere ſignificationem viſa ſunt: nam Sadius, omnium eruditiſſimus interpretum, proprium tantùm verborum ſenſum in illius verſibus explicat. Præterea memoriæ proditum eſt (illo poetâ mortuo), primarios urbis Shirazi viros, ſepulturam ei ob carminum impudicitiam concedere noluiſſe; cùm verò magna eſſet inter eos concertatio, aliis ut ſepeliretur ſuadentibus, aliis vehementer de-

Digitized by Google

hortantibus, ad ſortes ſe contuliſſe, & ipſius poetæ librum divinationis causâ aperuiſſe; cùm autem primus, qui ſeſe illis obtulit verſus, eſſet,

* قدم دریغ مدار از جنازهٔ حافظ
اگر چه غرق گناهست میرود ببهشت

Greſſum noli retorquere ab Hafezi exequiis,
Tametſi enim peccatis demerſus ſit, in cœlum intrabit.

ſacerdotes illicò conſenſiſſe, & poetam humaviſſe in illo loco, Moſella dicto, quem ipſe in carminibus celebraviſſet. Ita diſputant utriuſque ſententiæ propugnatores: equidem veterum Academicorum morem, nihil ut affirmem, ſtrenuè tenebo; ita tamen ut non negem, quin mihi diſputatio ſecunda ad veritatem propenſior eſſe videatur.

* Ultimus verſus eſt pulcherrimi carminis, cujus initium:

کنونکه میدمد از بوستان نسیم بهشت
من وشراب فرح‌بخش ویار حورسرشت

Nunc cùm ex horto aura paradiſi veniat,
Ego & vinum lætitiam præbens, & ſodalis cujus forma nymphæ cœleſti ſimilis eſt (convenimus).

Digitized by Google

CAPUT X.

De Elato dicendi genere.

LAUDARE Aſiaticam poeſin, & quanti ſint in eâ venuſtatis atque elegantiarum flores, exponere, non ut philoſophus, ſed ut narrator, inſtitui. Itaque de Elatione dicendi quàm breviſſimè potero, diſſeram; eamque primò definiam. Id eſt igitur Elatum, quod ſit incertum, horridum, obſcurum, periculoſum, vaſtum, difficile, turbulentum; & quod eos qui legunt uſque adeò percellat, ut admirentur, vereantur, tumultuentur, exhorreſcant, doleant, ſtupeant. Sunt autem Elationis præcipui fontes, terror, magnificentia, potentia, & in eâ deſcribendâ brevitas. Alii ſunt quaſi fonticuli, ſed qui omnes terrori ſubjunguntur, ut ſolitudo, ſilentium, caligo; intermiſſio, eaque vel ſonorum, ut luporum ululatus in ſylvâ noctu auditus, vel lucis: ad ſummam quodcunque ſenſibus eſt maximè injucundum, id cùm deſcribatur, Elatam reddit poeſin.

Ac primùm de Terrore loquar; ad quem ex-

Digitized by Google

citandum aptiſſimæ ſunt tempeſtatum ac tonitrûs imagines. Nam

——— cui non animus formidine Divûm
Contrahitur? cui non correpunt membra pavore,
Fulminis horribili cùm plagâ torrida tellus
Contremit, & magnum percurrunt murmura cœlum!

Sic in Jobi poemate *,

שמעו שמוע ברגז קלו
והגה מפיו יצא :
תחת כל השמים ישרהו
ואורו על כנפות הארץ :
אחריו ישאג קול
ירעם בקול גאונו :

Audite attentè ſtrepitum vocis ejus,
Et fremitum (qui) ex ore ejus egreditur,
Sub totum cœlum eum dirigit,
Et lucem ejus in alas terræ,
Poſt eum tonat vox,
Rugit voce dignitatis ſuæ.

Sic etiam omnium poetarum poſt Aſiaticos altiſſimus, † Æſchylus,

Χθων σεσαλευται,
Βρυχια δ' ηχω παραμυκαται
Βροντης, ἑλικες δ' ἐκλαμπουσι
Στεροπης ζαπυροι, σρομβοι δη κονιν

* Cap. xxxvii. 2—4.
† Prometh. Δεσμωτ. ver. 1080.

Digitized by Google

Εἰλισσεσι. Σκιρτᾳ δ' ἀνεμιων
Πνευματα παντων, εἰς ἀλληλα
Στασιν ἀντιτανεν ἀποδεικνυμενα.
Συντεταςαπται δ' αἰθηρ παντῳ.

Et illa nota,

Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbûm occæcat nigror,
Flamma inter nubes coruscat, cœlum tonitru contremit;
Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit;
Undique omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines.

Sic rursùs in Jobi libro*,

אל ארץ חשך וצלמות :
ארץ עפתה כמו אפל
צלמות ולא סדרים
ותפע כמו אפל :

In terram caliginis, & tenebrarum,
Terram crassam, instar caliginis,
Tenebras, ordine carentes,
Et lucis radios tanquam caliginem.

Porrò voces illæ סתר רעם *Tonitrus latebræ*; יהוה מלך *Angelus Dei*; גיא צלמות *Vallis tenebrarum*; קול יהוה *Dei vox*; בראשית *in principio*, idcircò sunt altissimæ, quòd imagines præbeant incertas

* Cap. x. 21, 22.

Digitized by Google

terribiles, magnificas, infinitas, & quas humanæ mentis anguſtiæ nullo modo poſſint concipere.

Prætereà conceptûs tenebrarum ad Elationem ſunt accommodati; quam rem ſenſit nimirùm Euripides, cùm diceret

Νυκτωρ δη πολλην σεμνοτητ' ἐχει σκοτος.

Hinc oritur verſuum in Apollonii Argonauticis ſublimitas,

——ὑπερ μεγα λαιτμα θεοντας
Νυξ ἐφοβει, την περ τε καταλαβα κικλησκουσι
Νυκτ' ὀλοην, ἐκ ἀστρα διϊσχανεν, ἐδ' ἀμαρυγαι
Μηνης. Οὐρανοθεν δε μελαϊχροος, ἠε τις ἀλλη
Ὠρωρει σκοτιη μυχατων ἀνιουσα βερεθρων.

Sed præcipuè excelſa eſſe videtur caliginis imago, cum infinitate & terrore conjunctæ, ut in illis verſiculis,

Ἐνθεν τον ἀπειρον ἐρευγονται σκοτον
Βλητχροι δνοφερας νυκτος ποταμοι.

quibus vix quidquam dici poteſt ſublimius.

Hanc ob cauſam valdè excelſa eſt fabula in Aſiâ decantata de regione tenebrarum, & oceano caliginis, de quibus multa narrant Arabes. Sic Mohammedes in Alcorani capite quarto & viceſimo, ſive سورة النور

والذين كفروا اعمالهم كظالمات في بحر
لجج يغشيه موج من فوقه موج من فوقه
سحاب ظالمات بعض فوق بعض

Digitized by Google

"At infidelium opera caligini ſunt ſimilia in oceano profundo, quem fluctûs ſuper fluctûs tegunt, & ſuper eos, nubes; caligini ſuper aliam caliginem."

Porrò autem quodcunque incertum eſt terrorem quendam ſecum affert; ideoque ad Elationem accommodatur: cujus rei non eſt inſignius exemplum, quàm illud quod ex * Jobi poemate citat in † libro Anglico vir diſertiſſimus, Edmundus Bourke,

בשעפים מחזיות לילה
בנפל תרדמה על אנשים :
פחד קראני ורעדה
ורב עצמותי הפחיד :
ורוח על פני יחלף
תסמר שערת בשרי :
יעמד ולא אביר מראהו
תמונה לנגד עיני
דממה וקול אשמע :
האנוש מאלוה יצדק
אם מעשהו יטהר גבר :

In cogitationibus à viſionibus noctis,
Cùm cadat ſopor in homines,
Metus me invaſit ac terror,
Et omnia oſſa mea tremefecit,
Et ſpiritus ante faciem meam tranſivit,
Erectè ſteterunt carnis meæ pili,
Subſtitit, ſed eum intueri non potui,
Simulachrum fuit ante oculos,

* Cap. iv. 13—17.
† De Elatione & Venuſtate, Par. II. Cap. iv.

Digitized by Google

Silentium fuit, & vocem audivi,
" An homo Deo juſtior?
" An creatore ſuo purior mortalis* ?"

Prætereà imaginum ſplendidarum congeries quædam & coagmentatio *magnificam* reddit orationem, adeoque excelſam: nam elationis præcipuus fons eſt magnificentia. Ob hanc cauſam admirabilis eſt in † *Sirachidis* ſapientiâ *Simonis Oniæ* filii deſcriptio,

Ὡς ἐδοξασθη εν ϖεριϛροφῃ λαϐ,
ἐν ἐξοδῳ οἰκϐ καταϖετασματος ;
Ὡς ἀϛηρ ἐωθινος εν μεσῳ νεφελης,
ὡς σεληνη ϖληρης εν ἡμεραις,
Ὡς ἡλιος ἐκλαμϖων ἐϖι ναον ὑψιϛϐ,
και ὡς τοξον φωτιζον εν νεφελαις δοξης,

* Inſigne hujus rei exemplum eſt in Xenophontis Epheſiaci libro jucundiſſimo de Anthia & Habrocoma,

Τῳ δε Ἀϐροκομῃ ἐφιϛαται γυνη ὀφθηναι φοϐερα, το μεγεθος ὑϖερ ἀνθρωϖον, ἐσθητα ἐχϐσα φοινικην. ἐϖεϛασα δε την ναυν ἐδοκει καινειν, και τϐς μεν ἀλλϐς ἀϖολλυσθαι, αὐτον δε μετα της Ανθιας διανηκεσθαι. Ταυτα ὡς εὐθυς εἰδεν, ἐταραχθη και ϖροσεδοκα το δεινον ἐκ τϐ ὀνειρατος. Και το δεινον ἐγινετο. Quo in loco admodùm ſublimes ſunt, cùm crebræ terroris imagines, tum præcipuè illa ſententia Και το δεινον ἐγινετο.

Eſt porrò excelſum, quodcunque ſubitum eſt & minimè expectatum. Sic apud Callimachum vetulæ perſonam Ceres induit, ut Eriſichthonem à ſylvâ ſibi ſacratâ cædendâ dehortaretur, cùm verò nihil perfeciſſet, irâ incenſa eſt,

——γενατο δ' ἁ Θευς
Ἰσθματα μεν χερσῳ, κεφαλην δε οἱ ἡπιαϖ' Ὀλυμϖῳ.

à quo loco ſumpta ſunt illa Virgiliana.

† Cap. l. 5—13. Vide etiam de Sublimi & Venuſto, Par. II. cap. xiii.

Digitized by Google

Ὡς ἄνθος ῥοδων εν ἡμεραις νεων,
ὡς κρινα ἐπ' ἐξοδων ὑδατος,
Ὡς βλαστος λιβανε εν ἡμεραις θερους,
ὡς πυρ και λιβανος ἐπι πυρειῳ,
Ὡς σκευος χρυσιῳ ὁλοσφυρητον,
κεκοσμημενον παντι λιθῳ πολυτελει,
Ὡς ἐλαια ἀναβαλλουσα καρπους,
και ὡς κυπαρισσος ὑψουμενη εν νεφελαις.
Ἐν τῳ ἀναλαμβανειν αὐτον στολην δοξης,
και ἐνδιδυσκεσθζ αὐτον συντελειαν καυχηματος,
Ἐν ἀναβασει θυσιαστηριε ἁγιε,
ἐδοξασε περιβολην ἁγιασματος.
Ἐν δε τῳ δεχεσθζ μελη ἐκ χειρων ἱερεων,
και αὐτος ἑστως παρ' ἑσχαρᾳ βωμε,
Κυκλοθεν αὐτε στεφανος ἀδελφων,
ὡς βλαστημα κεδρε εν τῳ Λιβανῳ,
και ἐκυκλωσαν αὐτον ὡς στελεχη φοινικων.

Hunc locum ſanè mirificum Hebraicè ad verbum redditum dabo; quemadmodum auctor fuit in libro de Sacrâ Poeſi * ſcriptor admirabilis, quem libenter ſequor.

מה נכבד בתוך העם
בצאתו מן המקדש :
כמו בן שחר בתוך הערפל
וכירח בשלמותו :
כשמש נוגה על אהל המקדש
וכקשת יתן אור בעבים :
כפרחי חבצלת בציץ השנה
כשושנים על פלגי מים :
וכבנף לבנח בעת הקיץ
כאש ולבנח במחתת :
וכלי זהב המחזיק

* Præl. xxiv. 8vo, pag. 321.

Digitized by Google

בכל מיני פנינים ׃
וכבן זית מפריח פריו
בעץ נפרית עד לשמים ינדל ׃
באשר שב עליו המעול הנכבד
ילבש בתמימות הוד והדר ׃
באשר נתעלה למזבח הקדש
תפארת מלבושיו נעשו ׃
באשר לקח החלק מידי הכהנים
הוא בעמד אצל מזבח ׃
מסוכב באחיה המקיפים
כבן ארז אשר בלבנון
וכבני תמרים סביבאיתו ׃

Hujuſmodi deſcriptionibus abundantiſſima ſunt Ferduſii poemata; quarum unam, quæ ſe prima offert, proferam, magnificam ſcilicet regis Feridun deſcriptionem,

فرستاده کفت انکه روشن بهار
ندید ونه بیند چنین شهریار
بهاریست خرّم دران بهشت
همه خاک عنبر همه زرش خشت
سپهر برین کاخ ومیدان اوست
بهشت جهان روي خندان اوست
ببالاي میدان او راغ نیست
بپهناي ایوان او باغ نیست
چو رفتم بنزدیک ایوان فراز
سرش باستاره همیکفت راز

Digitized by Google

بیکدست پیل وبیکدست شیر
جهانرا چو تخت اندر آورده زیر
ابر پشت پیلان برش تخت زر
زکوهر همه طوق شیران نر
خرامان شدم نزد آن ارجمند
یکي تخت پیروزه دیدم بلند
نشسته بران شهریاري چو ماه
زیاقوت رخشان بسر بر کلاه
چو کافور موي وچو کلبرک روي
دل آزرم جوي وزبان چرب کوي

Legatus dixit: " Nitidum ver
Talem regem nunquam aſpexit, aut aſpiciet:
Ver eſt jucundum in eo paradiſo,
Cujus terra ambarum olet, & cujus lapides aurei ſunt,
Cœlum excelſum palatium ejus eſt, & aula,
Paradiſus terrarum vultus ejus ſubridens eſt:
Altior aulâ ejus nullus eſt collis,
Latior regiâ nullus eſt hortus.
Cùm ad elatam illam regiam acceſſi,
Caput ejus cum ſtellis arcana iniit conſilia.
Ad unam manum ſtetit elephas, ad alteram leo,
Orbem terrarum, tanquam ſolium, ſibi ſubmiſit.
Super elephantis tergo ſolium fuit aureum,
Et ſingula leonum monilia erant gemmea;
Lætus acceſſi ad ſublimem illum regem,
Et aſpexi ſolium è gemmis cœruleis fictum,
Regem autem lunæ ſimilem in eo ſedentem,
Pyropis fulgentem, & capite gerentem diadema;

Digitized by Google

Crines camphoræ ſimiles habentem, & faciem tanquam roſæ folium,

Cor æquitatis amans, & linguam dulciloquam (adipato loquentem ſermone)."

Ad altitudinem etiam orationis conferunt *viſiones*, quas Græci Φαντασιας vocant, per quas ante oculos lectoris imagines rerum abſentium clarè ponuntur. Hæ autem quàm ſæpiſſimè à tragicis in inſaniæ deſcriptionibus uſurpantur. Exemplo ſit ex Æſchyli Choephoris locus elatiſſimus. Oreſtes, cùm matrem interfeciſſet, chorum alloquitur, & primùm, leni quodam orationis tractu: mox furore correptus, erumpit,

'Α' ἀ,
Δμωαι γυναικες——αἰδε γοργονων δικλυν
Φαιωχιτωνες, και πεπλεκτανημεναι
Πυκνοις δρακοσιν. Οὐκ ἐτ' ἀν μειναιμ' ἐγω.

Chorus illum permulcere cupit, & ad lenitatem revocare,

Τινες σε δοξαι, φιλτατ' ἀνθρωπων πατρι,
Στροβεσιν; ἰσχε. μη φοβου, νικων πολυ.

reſpondet,

Οὐκ εἰσι δοξαι των δε πηματων ἐμοι
Σαφως γαρ αἰδε μητρος ἐγκοτοι κυνες.

Tum Chorus, imprudentius,

Ποταινιον γαρ αἱμα σοι χεροιν ἐτι,
Ἐκ των δε τοι ταραγμος ἐς φρενας πιτνει.

Ille, voce αἱμα inflammatus, & manum, fortaſſe ſuam, materno ſanguine tinctam, reſpiciens, ardentiùs furit,

Digitized by Google

Ἀναξ Ἀπολλον——αἰδε πληθυουσι δῃ,
Καἰξ ὀμματων ϛαζουσιν αἱμα δυσφιλες.

& cùm fœminæ illum consolari velint, ille decedens exclamat,

Ὑμεις μεν ουκ ὀϛατε τας δ'. ἐγω δ' ὁρω,
Ἐλαυνομαι δη κουκ ἐτ' ἀν μειναιμ' ἐγω.

Mirè hæc conveniunt cum * Shakespeari nostri præclarâ tragœdiâ, quâ nec Græcos poetas nec Latinos quidquam habuisse puto excelsius, aut magnificentius.

Reliquum est ut pauca apponam loca, in quibus exponitur ea (quâ nihil majus cogitari potest), Divini numinis potentia: has autem expositiones naturâ elatissimas commendat brevitas. Quicquid in hoc genere habent Arabes, ab admirabili in Sacrâ Historiâ † loco sumi videtur, cujus vim & magnificentiam omnes collaudant,

ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור

Dixit Deus, *Fiat lux*, & lux facta est, & ‡,

הוא אמר ויהי

Ille dixit, & fuit.

Hinc illud Mohammedicum,

قال كن فيكون

Dixit, *Esto*, & fuit.

quod sic amplificat poeta Arabicus, quem citat Ebn Arabshâh,

* Macbeth. † Gen. i. 3. ‡ Psal. xxxiii. 9.

Digitized by Google

لا تحزن فالذي قضي الله يكون *
والامر الموكل الي كن فيكون *
ما بين تحرك بلحظ وسكون *
الحالة تنقضي وذا الامر يهون *

" Ne triſteris; nam quod decrevit Deus, fiet;
Et res commiſſa voci, Eſto, erit:
Dum oculum movere potes, & motum ſedare,
Status mutatur, & vir potens demittitur."

His addam locum verè magnificum, ex Alcorani capite undecimo, ubi Noæ diluvium deſcribit Arabum legiſlator:

وهي تجري بهم في موج كالجبال
ونادي نوح ابنه وكان في معزل يا بني
اركب معنا ولا تكن مع الكافرين قال ساوي
الي جبل يعصمني من الماء قال لا عاصم
اليوم من امر الله الا من رحم وحال
بينهما الموج فكان من المغرقين وقيل يا
ارض ابلعي ماءك ويا سماء اقلعي وغيض
الماء وقضي الامر واستوت علي الجودي
وقيل بعدًا للقوم الظالمين *

Digitized by Google

" Ea verò (arca) cum illis labitur inter fluctûs, " tanquam montes: & clamat Noa filio ſuo, " ille autem (natat) ſeparatim, " O fili, na- " viga nobiſcum, & cave ſis cum infidelibus." Inquit, Aſcendam montem; qui ex aquâ me liberabit; inquit (Noa), Non (eſt) liberatio hodiè à Dei decreto, niſi (illius) favor. Tum inter eos venit fluctus; & fuit inter immerſos. Et dictum eſt (vox audita eſt quæ diceret), " O terra, aquam tuam imbibe, & O " cœlum, tuam coerce;" & inhibita eſt aqua, & peractum eſt mandatum, & reſtitit (arca) ſuper Al Júdi (montem) & dictum eſt (vox divina dixit) Apage, impios!"

Locum hoc ſublimiorem (Moſaicum illum excipio) nunquam legi: ejuſdem generis eſt, ſed longè humilior, Apuleii ſententia, qui cùm prædonum ſocietatem fere invictam deſcripſerit, ſubjungit, " Noluit eſſe Cæſar Hæmi latronis " collegium, & confeſtim interiit." Quantum illis locis quæ expoſui, addit pietas ac veritas, tantum ab hoc detrahit inſulſa regis adulatio. Videmus tamen quantam dictioni Elationem addat brevitas; cujus rei alio in genere exemplum ſubjiciam. Narrat Ebn Arabſhâh in libro, qui *Facahato' lkholofa* inſcribitur, Perſam quendam ex Bokharæ incendio ſalvum evaſiſſe, & cùm eſſet à quodam interrogatus, quid in eâ urbe egerint Genghizi milites, reſpondiſſe,

Digitized by Google

آمدند وکندند وسوختند وکشتند
وبردند ورفتند

Irruperunt, diruerunt, combuſſerunt, necaverunt, diripuerunt, diſceſſerunt.

Non dubito affirmare his ſex vocibus animum auditoris magis fuiſſe permotum, quàm longiſſimâ hujus cædis narratione, licèt graviſſimis fuerit inſtructa verbis, & ſententiis ornata ſplendidiſſimis. Cùm enim animus variarum rerum ſerie ac verborum cumulo quaſi obruatur, * perfectam imaginem formare nequit; ſed alia aliam trudit; itaque omnia ſunt obſcura, omnia confuſa, omnia incerta; omnia denique ſublimia. Certiſſimum eſt enim, dum hæ ſex voces proferuntur, imagines exercitûs irruentis, occidentium & occiſorum, incendii, ruinæ, prædationis, & victorum recedentium, aliarumque rerum, quæ iis neceſſariò ſubjunguntur, animo comprehendi neutiquam poſſe.

* Vide librum Anglicum *De Sublimi & Venuſto*, Part V. ſect. v.

Digitized by Google

CAPUT XI.

اللطافة

SIVE

De Venuſtate.

QUID per Venuſtatem intelligam, complectar brevi: Ea mihi videtur venuſta eſſe poeſis, cujus imagines ſint hilares, nitidæ, ridentes, lætæ, compoſitio mollis & dilucida, quæ denique lectoris animum permulceat, alliciat, oblectet, exhilaret, relaxet, & ſuaviſſimâ quâdam voluptate perfundat. Quibus autem modis eam in animo excitet voluptatem, non inſtitui hoc loco diſſerere; ſed ſtatuam cum Hermogene * quæcunque aut viſu, aut tactu, aut guſtu, aut auditu, aut odoratu denique ſuavia ſunt, ea, cùm aptis,

* Hermog. περι Ἰδεων. Lib. II. cap. iv. περι Γλυκυτητος. Παντα ὁσα ταις αἰσθησεσιν ἡμων ἐστιν ἡδεα, λεγω δε τη ὀψει, ἡ γευσει, ἡ τινι ἀλλῃ ἀπολαυσει, ταυτα και λεγομενα ἡδονην ποιει. Ἀλλ' αἱ μεν εἰσιν αἰσχραι των κατα ἀπολαυσιν ἡδονων, αἱ δ' ου τοιαυται. Και τας μεν ἀκ αἰσχρας ἐστιν ἁπλως ἐκφραζειν, οἱον καλλω χωριω, και φυτειας διαφορας, και ῥευματων ποικιλιας και ὁσα τοιαυτα.

Digitized by Google

deſcribantur verſibus, magnam afferre jucunditatem. Cujuſmodi ſunt locorum amœnitates, horti, flores, nymphæ, fontes, amores, deliciæ, nuptiæ, rivuli, luſciniæ cantus, odores, zephyri, humana pulchritudo, & reliquæ imagines ex naturâ depromptæ, quas rectè venuſtatis fontes eſſe ait * Demetrius Phalereus.

Ob hanc rem pulchri ſunt verſûs, quos in Sympoſio Platonis recitat Agatho, cùm amorem dicat afferre,

Εἰρηνην μεν εν ἀνθρωποις, πελαγει δη γαληνην,
Νηνεμιαν δ' ἀνεμοις, κοιτην ὑπνοντ' ἐνι κηδει.

Hæ autem imagines ſunt jucundiſſimæ: quid enim tam jucundum, quàm pax civitati, maris tranquillitas navigantibus, venti lenitas viatoribus, lectus & ſomnus mœrentibus? Nec minùs lætæ ſunt imagines in Sapphûs verſiculis, quos in libro ſecundo *de Formis* citat Hermogenes, qui multa ibidem de ſuavitate, ipſe quoque ſuaviter, ſcripſit:

Καδδ' ὑδωρ ψυχρον κελαδει δι' ὀσδων
Μαλινων, αἰθυσσομενων δη φυλλων
Κωμα καταῤῥει.

Nihil enim ferè excogitari poteſt dulcius, quàm imago "Aquæ gelidæ per malorum ramos mur-"murantis, & ſomni, trementibus foliis, leniter "defluentis."

* Περι Ἑρμηνειας.

Εἰσι δε αἱ μεν ἐν τοις πραγμασι χαριτες, οἱον νυμφαιοι κηπαι, ὑμεναιοι, ἐρωτες, ὑλη ἡ Σαπφους ποιησις.

Vellem profectò non intercidiſſent tot & tam divina Sapphûs carmina. Quæ ſuperſunt (ut ipſius poetriæ utar verbis) ſunt * "auro ipſo "magis aurea." Et notabile eſt Demetrium, Hermogenem, Dionyſium Halicarnaſſeum, & reliquos artis oratoriæ magiſtros, illam perpetuò citare, cùm de *venuſto* dicendi genere loquantur. † Carmen autem in Atthida, tanquam *elati* generis exemplum profert Longinus; à quo valdè diſſentio. Quam enim habent cum *Elatione* affinitatem *lætiſſimæ* illæ imagines, puella ſuaviter loquens, & ſuaviter ſubridens? Prætereà nihil terribile aut horridum in hac Odâ deſcribit puella Leſbia, ſed jucundiſſimum animi motum, Amorem; &, ab illo ortam, totius corporis relaxationem; quæ imago ab Elato dicendi genere eſt alieniſſima: nam corpus permulcere & relaxare præcipua eſt delectationis & voluptatis proprietas. Hinc Amor apud poetas Græcos λυσιμελης, *membra diſſolvens*, ſæpiſſimè vocatur, ut Sappho,

Ἔρως δ' αὐτε μ' ὁ λυσιμελης δονει.

Hanc ob rem Bacchum appellari Λυαιον nonnulli putant; iidemque vinum ‡ χαλιν ideò no-

* Χρυσα χρυσοτερα. Sapph. apud Demetr. Phal.

† Longin. περι Ὑψους, Cap. x.

‡ Sic Hipponax,

Ὀλιγα φρονεουσιν οἱ χαλιν πεπωκοτες.

& Archilochus apud Athenæum,

Πολλον δε πινων και χαλικρητον μεθυ.

Digitized by Google

minari aiunt, quòd *ſolvat* & *relaxet*. Sed ob deperdita cùm Sapphûs, tum etiam Erinnæ, Alcmanis, Alcæi, & Diphili, Apollodori, Philemonis, Alexidis, aliorumque poetarum, opera, præclaris illis Græcis ſacerdotibus plurimam ſcilicet debemus gratiam! Illos enim eò delirationis provexit anilis ſuperſtitio, ut complura veterum Græcorum poemata, eaque venuſtiſſima, combuſſerint; nimirum quòd in illis amantium nequitiæ, ut vocant, eſſent deſcriptæ.

Imaginum *venuſtatem* dictionis & verborum pulchritudo ſubſequitur. Neceſſe eſt enim poeta, de his lætiſſimis rebus ſcribens, verborum utatur ſplendore & dulcedine: de qua re videndus eſt Demetrius*.

Quinetiam, ut ait Hermogenes, illæ voluptates, quas Amor ſecum affert, delectationem quandam præbent cùm deſcribantur; ſed aliis lectoribus aliam; nam lector pudicus deſcrip-

* Διὸ καὶ μεν ἡ Σαπφω περι μεν καλλους ἀδουσα, καλλιεπης ἐστι, και ἡδεια, και περι ἐρωτων δε και ἐαρος και περι ἀλκυονος, και ἁπαν καλον ὀνομα ἐνυφανται αὐτης τῃ ποιησει.

Et alibi,

Ὡστε εἰ μεν τις ἐν πραγματι χαρις ἐστι, ταδε και ἡ λεξις ποιει ἐπιχαριτωτερα, οἱον,

Ὡς δ' ὁτε Πανδαρεω κουρη χλωρηϊς ἀηδων
Καλον ἀειδησιν, ἐαρος νεον ἱσαμενοιο.

ἐνταυθα γαρ και ἡ ἀηδων χαριεν ὀρνιθιον, και το ἐαρ φυσει χαριεν. πολυ δε ἐπικεκοσμηται τῃ ἑρμηνεια, και ἐστι χαριεστερα, το τε Χλωρηϊς και το Πανδαρεω κουρη εἰπειν ἐπι ὀρνιθος. ἁπερ τε ποιητε ἰδια ἐστι.

Digitized by Google

tione modeſtâ & quaſi velatâ delectatur, qualis eſt,

Ἦ ῥα καὶ αἴκας ἡμαρπτε Κρονὺ παις ἦν παρακοιτιν.

laſcivus verò apertius quiddam poſtulat, & magis voluptuoſum; cujuſmodi eſt illa deſcriptio,

* Τοισι δ' ὑπο Χθων δια φυεν νεοθηλεα ποιην,
Λωτον θ' ἑρσηεντα, ἰδε κροκον, ἠδ' ὑακινθον
Πυκνον και μαλακον, ὁς ἀπο χθονος ὑψοσ' ἐρῖε.
Τῳ ἐνι λεξασθην, ἐπι δε νεφελην ἐσθαντο
Καλην, χρυσειην· ϛιλπναι δ' ἀπεπιπλον ἑρσαι.
Ὡς ὁ μεν ἀτρεμας εὐδε πατηρ ἀνα Γαργαρῳ ἀκρῳ
Ὑπνῳ και φιλοτητι δαμεις· ἐχε δ' αἴκας ἀκοιτιν.

&,

† Πορφυρεον δ' ἀρα κυμα περιϛαθη ἐρει ἰσον
Κυρτωθεν. κρυψεν δη θεον, θνητητε γυναικα.

Notiſſimæ ſunt in ſimili argumento Lucretii, Virgilii, Miltoni, & aliorum, deſcriptiones.

Venuſtarum imaginum pleniſſimum eſt Salomonis carmen; quod integrum eſſet citandum, ſi vellem omnes, quibus abundat, ſuavitates & elegantias exponere.

Ad Arabes igitur noſtros ac Perſas tranſeamus; quorum carmina præcipuè commendat venuſtas.

Quàm lepida hæc eſt Veris deſcriptio in Abi'lola carmine ‡,

* Iliad. Ξ. 347.
† Odyſſ. Λ.
‡ Sekto'zzind. Carm. iv. Vid. Reiſkii Moall. p. 53.

Digitized by Google

قد اتاك الربيع يفعل ما
تاءمر فعل عبدك الماءمور *
وكسي الارض خدمة لك يا مولاه
دون الملوك خضر الحرير *
وهي تختال في زبرجدة
خضر تعدي بلؤلؤ منثور *
وغدت كل ربوة تشتهي
الرقص بثوب من النبات قصير *

" Venit ad te Ver, ut mandata tua exequatur, tanquam ſervus,
" Terram autem tibi obediens, O tu qui ejus dominus es, præ cæteris regibus, viridi veſtit chlamyde:
" Ea verò ſmaragdis ornatur, qui margaritis ſparſis diſtinguuntur;
" Et unuſquiſque collis ſaltare cupit, veſtem indutus ex herbis ſuccinctam."

Dulciſſimum enim eſt nomen Veris; omneſque ejus deſcriptiones pulcherrimæ. Addam carmen perelegans, quod deſcriptioni epularum ob nuptias principum Samarcandiæ intexit *Ebn Arabſhâh* †,

في ربيع الوصل لما ان وفي ظبي الشرود
وسرت بشري الصباء للروض تنبي بالورود

† Hiſt. Tim. p. 234.

Digitized by Google

خرت الانهار والاغصان مالت للسجود
واجتمعنا في رياض حسنها يسبي الوجود
فالسحاب انصب فيها بالحشا امسي يجود

Vere accedente, cùm perfectum habet corpus hinnuleus fugax,
Et venit lætus zephyri flatus hortis roſarum adventum annuncians,
Murmurant rivi, & rami adorationis causâ ſe flectunt,
Et convenimus in hortulis, quorum pulchritudo naturam amore rapit,
Nubes autem ſuper eos elevatæ in omni parte copioſos fundunt imbres.

نثر الدرّ علينا منه بلور الغمام
فوق صحن سندسي فيه باليا قوت جام
وثغور من عقيق زانها حسن ابتسام
وعيون من لجين ناظرات لا تنام
وغصون الدوح حفتنا بانواع النقود

Spargit ſuper eos margaritas nubium chryſtallum,
Super planitiem ſericam, in quâ pocula ſunt pyropina,
Denteſque ſunt ex jaſpide, quos risûs gratia decorat,

Digitized by Google

Oculique ex argento, blandè intuentes, qui non dormiunt,
Et ſylvæ rami variis nummis (roris guttis) nos aſpergunt.

طيرها فيه غنا اذ علا عودا وطار
وشذاها ضاع فيه المسك لما منه غار
والصباء امسي عليلا في رباها حين سار
جنة الفردوس فيها وجه بدري حين نار
اصبحت جنات عدن تشتهي فيها الخلود

Aves ejus (ſylvæ) canunt, cùm in ramum aſcendunt & volitant,
Et ab odore ejus afflatur moſchus, cùm ex eo deſcendunt,
Et aura fit languida, cùm per colles ejus tranſeat;
Hortus paradiſi eſt, in quo eſt facies lunæ meæ (amicæ) cùm ſplendeat,
Fit Edeni hortulus, in quo delectatur æternitas.

يا لها من عشرة جاءت بانواع الهنا
ليس فيها غير لثم وارتشاف واعتنا
وكووس دايرات وغناء وغنا
لو راءها زاهد من ريحها كان انثني
لم يسعه عندها من زهده إلا الجحود

Digitized by Google

Oh! qualis eſt in illo hilaritas, quæ affert varias voluptates!
Nihil eſt in eo præter oſcula, & baſiationem, & blanditias,
Et pocula rorantia, & cantionem, & quietem;
Si eum vidiſſet vir ſolitarius, ab odore ejus eſſet mutatus,
Nihilque ei reſtaret in eo à piis votis, præter egeſtatem.

قم نديمي عاطني قالدهر لا يسوي الحزن
كاس عيش ينمحي في مزجها صرف الزمن
الطلا والماء والخضرة والوجه الحسن
لا تطع في ذا عذولا انه خب كمن
في حشاه عليان لا تقل خلّ ودود

Surge, ſodalis, da mihi (tempus enim non admittit mœrorem)
Poculum hilaritatis; à cujus temperatione deleatur fortunæ mutatio;
Suave vinum, & aqua, & viriditas, & pulchra facies!
Ne obtemperes de his rebus reprehenſori; eſt enim ſeductor, tanquam is
In cujus præcordiis eſt turpis faſtus; nihil itaque dicas quod amicitiam corrumpat.

Capiti huic de Venuſtate nequeo non ſubjicere

Digitized by Google

poetæ Turcici carmen, quod in ſuo genere perfectum vocari poteſt. Poematis illius, quod *Veneris Pervigilium* nominatur, haud eſt abſimile; placuit igitur verſionem poeticam numeris *Trochaicis* contextam addere:

دكله بلبل قصّه سن كم كلدي ايام بهار
قوردي هر بر باغده هنكامهٔ هنكام بهام
اولدي سيم افشان اكا ازهار بادام بهار
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Audis luſciniæ cantum dicentis, Ver adeſt:
" inſtruitur verno tempore in omni horto co-
" nopeum: argentum ſpargunt flores amyg-
" dalæ. Sis lætus & hilaris; nam avolat,
" haud manet verna tempeſtas."*

بينه انواع شكوفيله بزندي باغ وراغ
عيش ايچون قوردي چچكلري صحن
كلشنده اوتاغ
كم بلور اول بهاره دك كه وكيم اوله صاغ
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Rursùs variis floribus ornantur horti & prata:
" lætitiæ causâ inſtruitur in roſario floreum
" tabernaculum. Quis ſcit an, dum Ver
" manebit, quiſquam ſit inter nos vitâ fruitu-
" rus? Sis lætus, &c.

Digitized by Google

طرف كلشن نور احمد برله مالامالدر
سبزه لرنده صحابه لالهٔ خير الالدر
هي محمد امّتي وقت حضور حالدر
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Extrema pars roſeti luce *Ahmedis* plena eſt;
" inter flores, tulipæ ſunt illius ſociis ſimiles.
" Agite, Mohammedani, lætitiæ tempus hoc
" eſt. Sis lætus, &c.

قلدي شبنم بينه جوهردار تيغ سوسني
ژاله لر الدي هواي طويله له كلشني
كر تماشا بيسه مقصودك بني اسله بني
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Factus eſt ros iterum in mucrone lilii ſplen-
" dor. Roris guttæ per aërem in roſarium
" deſcendunt: ſi voluptatem quæris, me, me
" audi. Sis lætus, &c.

رخلري رنكين كوزلر در كليله لاله لر
كم قولاقلرينه درلو جوهر اصمش ژله لر
الدانوب صنمه كه بونلر بويله باقي قاله لر
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Genæ puellarum formoſarum ſunt cum roſis
" lilia, quarum auribus variæ roris gemmæ

Digitized by Google

" appendent. Noli te decipere, neu ſperes
" has venuſtates eſſe permanſuras. Si lætus,
" &c.

كلستانده كورونن لاله وكل نعمانله
باغده قان الدي شهسك نشتري بارانله
عارفك بو دمي خوش كور بوكون يارانله
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" In roſario apparent tulipæ, roſæ, anemonæ;
" horto ſanguinem emittunt ſolis & imbrium
" ſcalpella; viri ſagacis inſtar, hunc diem
" cum amicis hilariter tranſige. Sis lætus,
" &c.

كتدي اول دملر كه اولوب سبزه لر صاحب فراش
غنچه فكري كلشنك اولميشدي بغرنده باش
كلدي بر دم كم قراردي لاله لرله طاغ وطاش
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Præteriit tempus quo ægrotæ jacebant herbæ;
" quo roſæ calyx caput in ſinum depoſuit:
" adeſt tempus illud, quo colles & ſaxa flori-
" bus ornantur. Sis lætus, &c.

Digitized by Google

ابر كلزار اوستنه هر صبح كوهر باريكن
نفحهٔ باد سحر پر نافهٔ تاتاريكن
غافل اوله عالمك محبوبليغي واريكن
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Nubes ſuper roſarium matutino tempore
" ſemper gemmas pluunt; halitus auræ re-
" centis plenus eſt moſcho Tartarico. Ne
" ſis negligens, neu amore hujus vitæ tenea-
" ris. Sis lætus, &c.

بوي كلزار اتدي شولدكلو هوايي مشكناب
كم بره اينجه اولور قطرهٔ شبنم كلاب
چرخ اوتاق توردي كلستان اوستنه كونلك سحاب
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Odor roſeti uſque eò aërem dulcem reddidit,
" ut guttæ roris, prius quàm in terram de-
" ſcendunt, fiant aqua roſacea. Æther ſuper
" hortulum nubila, tanquam umbraculum,
" tendit. Sis lætus, &c.

كلستانك هر نه سن الدي سيه باد خزان
عدل ايدوب بربرايله وردي بينه شاه جهان

Digitized by Google

دولتنده باده‌لر كام اولدي ساقي كامران
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Roſetum (quiſquis es, *audi*) invaſerat malus
" Autumni ventus; ſed rursùs apparuit Rex
" terrarum, juſtitiam omnibus adminiſtrans;
" illo regnante, pocillator fortunatus vino op-
" tato potitus eſt. Sis lætus, &c.

اومرم بوله مسيحي بو مربع اشتهار
اهلنه اوله بو چارابرو وكوزللر يادكار
بلبل خوش كوي سن كل‌يوزلولر له
يوري وار
عيش ونوش ايت كم كچر قالمز بو ايام بهار

" Speravi equidem hoc carmine vallem hanc il-
" luſtrem reddere; fiat illius incolis hujus
" convivii & harum formoſarum μνημοσυνον!
" Tu luſcinia es, O *Meſihi*, dum incedis inter
" puellas roſeis genis præditas. Sis lætus,
" hilaris; nam avolat, haud manet verna
" tempeſtas."

Digitized by Google

CARMEN TURCICUM.

Alites audis loquaces per nemora, per arbutos,
Veris adventum canentes tinnulo modulamine;
Dulcè luget per virentes mollis aura amygdalas:
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Ecce jam flores refulgent gemmeis honoribus,
Quique prata, quique ſaltûs, quique ſylvulas amant:
Quis ſcit an nox una nobis dormienda æterna ſit?
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Quantus eſt nitor roſarum! quantus hyacinthi decor!
Non ocellus, cùm renidet, eſt puellæ lætior:
Hic levi dies Amori eſt, hic Voluptati ſacer.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Ecce baccatæ recentis guttulæ roris micant,
Per genam roſæ cadentes, perque mite lilium:
Auribus gratum, puellæ, ſit meum veſtris melos.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Ut roſa in prato refulget, ſic teres virgo nitet,
Hæc onuſta margaritis, illa roris gemmulis:
Ne perenne vel puellæ vel roſæ ſperes decus.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Digitized by Google

Aſpice, ut roſeta amictu diſcolori ſplendeant,
Prata dum fœcundat æther læta gratis imbribus,
Fervidos inter ſodales da voluptati diem.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Jam ſitu deformis ægro non jacet roſæ calyx;
Ver adeſt, ver pingit hortos purpurantes floribus,
Perque ſaxa, perque colles, perque lucos emicat.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Ecce, per roſæ papillas ſuavè rident guttulæ,
Quas odorifer reſolvit lenis auræ ſpiritus;
Hæ pyropis, hæ ſmaragdis cariores Indicis.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Is tenellis per vireta ſpirat è roſis odor,
Ut novum ſtillans amomum ros in herbas decidat,
Suavè olentibus coronans lacrymis conopeum.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Acris olim cum malignis ſæviit ventis hyems;
Sed roſeto, ſolis inſtar, Regis affulſit nitor;
Floruit nemus repentè, dulce manavit merum.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

His iners modis, *Meſihi*, melleam aptabas chelyn:
Veris ales eſt poeta; verna cantat gaudia,
Et roſas carpit tepentes è puellarum genis.
Nunc amandum eſt, nunc bibendum; floreum Ver fugit, abit!

Digitized by Google

PARS QUARTA:

De Poematum Asiaticorum Argumentis.

CAPUT XII.

الحماسة

SIVE

De Poesi Heroicâ.

SEPTEM esse statui poeseos Asiaticæ species, quarum singulæ, ut fusè ac plenè exponantur, separata capita requirunt.

Nam aut res gestas ac *bella narrat* poeta, aut mortuos *deflet*, aut lectores *monet*, aut *amores* ac delicias pingit, aut proborum hominum & clarorum virtutes *collaudat*, aut improborum vitia *reprehendit*, aut denique naturæ proprietates *describit*. Ad has species omnis ferè poesis redigi potest. Exponam autem, quibus in argumentis

Digitized by Google

præcipuè floreant Asiatici; & exempla quædam illustriora seligam, cùm ad argumenti explanationem comparata, tum ad sermonis varietatem, quarum hanc jucundam esse puto, illam necessariam. De poesi bellicâ primùm differam; de cæteris deinceps loquar.

Veterum igitur Arabum campestris vita atque inculta neminem ferè latet. Erant, ut notum est, valdè feroces, vindictæ & gloriæ cupidissimi, pugnatores tandem ita acres, ut ipsa *mors* (perantiqui poetæ utor verbis) illis *melle dulcior* esse videretur†.

Cùm adeò tributim separati ac distincti viverent, singulæ tribûs bellum cum vicinis gesserunt ferè perpetuum: & quoniam illis incitatissimi erant affectûs, quot inter eos heroës, tot pœnè poetæ admirabiles extiterunt; iidemque fuerunt sæpè victores & victoriæ præcones. Hos adeò veros fuisse poetas existimo, & tam elato perdignos nomine, quorum sola fuerit magistra vehemens animi incitatio, & unica præceptrix, Natura. Nec enim abesse potest, quin valdè sublimis sit & horrida in *præliis* describendis gentis pugnacissimæ poesis. Credibile est, Æschylum è Marathonis, Salaminis, & Platææ præliis, animum horridiorem & quasi bellicum ad tragœdias scribendas attulisse. Hinc Alcæus, aureo

† ان الموت احلي لنا من العسل *

Digitized by Google

plectro, ut Quintilianus ait, donandus, militare quiddam in levioribus etiam carminibus cecinit: ab hoc fonte derivata est Archilochi vis & majestas, quem de seipso dixisse memoriâ proditum est,

Εἰμι δ' ἐγω θεραπων μεν Ἐνυαλιοιο ἀνακτος
Και Μουσεων ἐρατον δωρον ἐπισταμενος.

Homerum etiam, fontem illum τε ὑψους, & poeseos heroicæ patrem, multis præliis interfuisse, est verisimillimum.

Hinc originem duxerunt illæ altissimæ translationes, quibus utuntur in hoc poeseos genere antiqui Arabes; hinc illa προσωποποιία admirabilis in carmine veteri, ubi *Tâbat Sherra*, heros idem & poeta, de facto quodam audaciſſimo loquens, ait,

الموت خزيان ينظر

Vidit Mors, & erubuit.

&,

يعروري ظهور المهالك

Terga Exitii nudus inequitavit.

adde,

اذا هزّه في عظم قرن تهللت
نواجذ افواه المنايا الضواحك *

Cùm illum (ensem) in hostis ossibus motitet, emicant
Dentes ex ore Mortis dirè cachinnantes.

Digitized by Google

Hinc illæ imagines magnificæ,

فوارس لا يملّون المنايا
اذا دارت رحا الحرب الزبون

Equites, quos mors ipſa tædio non afficit,
Dum belli contumacis rota volvitur.

& illa *Antaræ* in Moallaka,

في حومة الموت التي لا تشتكي
غمر اتها الابطال غير تغمغم *

In mortis æſtu, cujus gurgites non reformidant heroes, nec timidè muſſant.

Et illa, quâ idem poema ſuum claudit, grandis exultatio,

ولقد خشيت بان اموت ولم تكن
للحرب دايرة علي ابني ضمضم *
الشاتمي عرضي ولم اشتمهما
والناذرين اذا لم القهما دمي *
ان يفعلا فلقد تركت اباهما
جزرا لسباع وكل نسر قشعم *

" At verebar, ne quid mihi accideret, & ne bellum ſuper duos filios Demdemi non eſſet converſum;

Digitized by Google

" Illos dico, qui famam meam læſerunt, me non laceſſente, & voverunt, niſi illis ſanguinem meum concederem,
" Se facturos—At enim reliqui illorum patres leonibus & aquilis rapacibus pabulum."

Notum eſt, antiquos Arabum heroas per vaſtas ſolitudines ac rupes ſolitos eſſe vagari, vel ut labores ſibi familiares redderent, vel ut hoſtium propulſarent injurias. Hinc in libro *Hamaſa* laudatur heros, quia

بري الوحشة الانس الانيس ويهتدي
* بحيث اهتدت امّ النجوم الشوابك

Cum Vaſtitate arctiſſimam init ſocietatem, eoque progreditur, quo ducit ſtellarum densè conſertarum mater.

" *Stellarum matrem*" cœlum vocat poeta: eſtque pulcherrima *Metonymia*.

Sed omninò elatiſſimi ſunt, ob frequentes terroris & obſcuritatis imagines, illi versûs, quos in notis ad *Tharafah* citat *Reizkius:*

جواب جوات الفجاج التي بها
* النعام وعزف الجن والمتغول
وليل دجوجي بهيم ظلامه كما
* اسود في السيجان جون مجال

Digitized by Google

قطعت اذا ما القوم كانوا كانهم
* من النوم غيدي خروع تتميل
ولو عرضت ظالماء كاليم حندس
* وداوية مخشية الهول هوجل
يضل بها الهادي ويدعو بها
* الصدي ويجول من يسري ويهول

" Pervado hiâtus rupium abruptos, in quibus habitat *Struthiocamelus*, & ſibilant genii ac lemures;

" Noctemque caliginoſam, craſſis tenebris obductam, tanquam umbras Sijani nigras, rigidas, difficiles,

" Tranſeo, dum comites ſomno gravati, velut fruticis Khirû pendentes ramuli, inclinati jacent;

" Etiamſi occurrant tenebræ, tanquam mare obſcurum, & ſolitudo vaſta, formidanda, terribilis;

" In quâ errat viæ dux, lugubrè canit noctua, & viator attonitus tumultuatur."

Sunt in linguis Europæis hujuſmodi carmina. Extant Runicæ poeſcos pulcherrimæ relliquiæ, quas in lucem protulerunt Reſenius, Olai, Wormius, & Verelius, & reliqui veteris Danorum literaturæ indagatores: ſed de illis hoc loco non diſſeram; ſeparatum enim aliud volumen requi-

Digitized by Google

runt. Nec dubitari poteſt, quin illa carmina, quæ hodiè à *Scotis* memoriter citari ſolent, veterum *Celtarum* mores atque ingenium pulcherrimis pingant coloribus. In linguis recentioribus legimus *Hiſpanum* illum *Alonſum*, de ſuis rebus geſtis non ſine dignitate, & dictionis altitudine canentem; & *Camoenſium Luſitanum*, cujus poeſis adeò venuſta eſt, adeò polita, ut nihil eſſe poſſit jucundius; interdum verò, adeò elata, grandiloqua, ac ſonora, ut nihil fingi poſſit magnificentius.

Quod ad *Græcos* attinet; Tyrtæi relliquias habemus verè magnificas, & pervelim *Alcæi* carmina, cum aliis Lyricis, ſacerdotes illi pravè religioſi non combuſſiſſent; nam paucæ illius poetæ admirabilis & civis optimi ſunt relliquiæ, eæque plurimùm amatoriæ, ſed valdè ſublimes. Quòd ſi de amoribus ac deliciis loquens, tam ſit grandis & excelſus, quantæ tandem ſublimitatis artifex eſſe potuit, cùm cecinit

" Pugnas, & exactos tyrannos."

In verſibus illis, quos citat *Athenæus*, bellica inſtrumenta commemorat:

Μαρμαιρει δε μεγας δομος χαλκω
Πασα δ' Αρει κεκοσμηται στεγη,
Λαμπραισι κυνεαισι· κατΐαν
Λευκοι καθυπερθεν ἱππιοι λοφοι
Νειυσι, κεφαλαισιν ἀνδρων ἀγαλματα.
Χαλκειαι δε παρσαλοις κρυπτοισιν

Digitized by Google

Περικειμεναι λαμπραι κναμιδες,
Ἑρκος ἰσχυροδελες, θωρακες τε νεω λινω.
Κοιλαι τε κατασπιδες βεβλημενων.
Παρ' δε Χαλκιδικαι σπαθαι,
Παρ' δε ζωματα πολλα και κυπασιδες.
Των ἐκ ἐστι λαθεσθαι, ἐπειδη
Πρωτιστοι ὑπο ἐργον ἐσαμεν τοδε.

quos versûs ex opere quodam longiori depromptos esse arbitror.

Prætereà magnificum habemus *Hybriæ Cretensis* σκολιον, quod ideò citabo, quia veterum Arabum poesi sit persimile,

† Ἐστι μοι πλυτος μεγα δορυ,
Και ξιφος, και το καλον λαισηϊον,
Προβλημα χρωτος. τυτῳ γαρ ἀρω,
Τυτῳ θεριζω, τυτῳ πατεω
Τον ἁδυν οἰνον ἀπ' ἀμπελων,
Τυτῳ δεσποτας μνοιας κεκλημαι.
Τοι δε μη τολμωντες ἐχειν δορυ,
Και ξιφος, και το καλον λαισηϊον,
Προβλημα χρωτος, παντες γονυ
Πεπληστες ἐμον κυνεοντι, δεσποταν
Και μεγαν βασιλεα φωνεοντι.

Sic poeta antiquus in ‡ Hamasa,

وما لي مال غير درع ومغفر
وابيض من الحديد صقيل *
واسمر خطي القناة مثقف
واجرد عريان السراة طويل *

† Vide Athenæum, Lib. xv.
‡ Vide Schultens. Not. ad Isfahan.

Digitized by Google

" Non ſunt mihi opes præter loricam & caſſidem,
" Et enſem album, ferreum, politum,
" Haſtamque fuſcam, Indicam, rigidam,
" Lævemque gladium, nudam habentem aciem, procerum."

Sed ad *Aſiaticos* redeamus; & de majoribus eorum operibus loquamur, quæ res bellicas atque heroüm facta deſcribunt. Equidem inter poemata heroica *Timuri hiſtoriam*, quam compoſuit ſcriptor admirabilis Ebn Arabſhâh, non vereor recenſere: ita pulchris enim abundat imaginibus, ita jucundis narrationibus, & deſcriptionibus naturæ, morum, affectuum; ita magnificis illuminatur figuris, tam dulci numerorum varietate, tantâ elegantiarum copiâ conſpergitur, ut nihil cogitari poſſit accommodatius ad lectorem vel delectandum, vel docendum, vel etiam permovendum. Duas hic liber partes complectitur, alteram, de Timuri rebus geſtis; alteram, de illius nepote, *Khalil Soltán* vocato, juvene amabiliſſimo, ſed, ob infinitam liberalitatem & formoſæ mulieris amorem, de ſummo gloriæ faſtigio in terram dejecto. Hanc partem, ſi in actûs eſſet deducta, tragœdiam vocarem, eamque pulcherrimam; illam, poema epicum, & ſanè nobiliſſimum, audeo dicere. Poſt exordium elaboratum, in quo divinum numen ela-

Digitized by Google

tiſſimis ſententiis collaudat, argumentum proponit, cujus utilitatem demonſtrat: oſtendit deinceps quibus gradibus ad incredibilem poteſtatem aſcenderit Timurus; Perſidem, Indiam, Syriam, Arabiam, copiis Tartarorum invictis vaſtatas deſcribit; deinde, cùm ita altè heroa elevârit, ut modò non cœlum ipſum attingere videatur, ad tumulum properantem, & in terrâ depreſſum pingit. Hæc autem omnia non frigidè, non ſiccè denarrat, ſed librum conſpergit jucundiſſimâ rerum varietate, deſcriptionum copiâ, & ſuaviſſimis poeſeos Aſiaticæ luminibus. Multas porrò intexit narrationes, quas Græci Ἐπεισοδια vocant, eaſque musâ Homericâ non indignas. At dicet fortaſſè aliquis; Quale eſt hoc poema, aut quomodo epicum appellari poteſt, cùm nec juſta fabula ſit, nec una actio, nec intra debitam temporis circumſcriptionem diſtricta? Quid de legibus poeticis ſentiam, quibuſque cauſis adductus eas pro nihilo putem, commodiorem inveniam exponendi locum. His ſufficiet cum Luciano, ſcriptore doctiſſimo, decernere, *Unicam eſſe poeticæ legem voluntatem poetæ:* * cæteras Gallorum genti politiſſimæ relinquamus;

Gallis has, Philodemus ait.

* Ποιητικης ακρατης ἡ ἐλευθερια, και νομος εἰς, Το δοξαν τῳ ποιητῃ.

Digitized by Google

At cujuſmodi, inquies, eſt hoc poema, cùm verſibus non ſit conſcriptum? Certè ſi cum Idylliis atque Odis *Arabum* conferatur, ſermo eſt merus; ſin cum *Europæis* carminibus comparetur (de recentioribus loquor) perfecta eſt poeſis: nam, ut tranſlationum atque imaginum quaſi ſtellas omittam, quibus hoc opus diſtinguitur; ſententiarum clauſulæ perpetuò ſimiliter deſinunt, & numerosè cadunt; quas ſi diſtinxeris, versûs effeceris dulciſſimè modulatos, inæquales illos quidem, ſed Pindari aliorumque Lyricorum verſibus æqualiores. Ergò modulatum hoc dicendi genus, quod *Arabes* سجع vocant, & quod cum margaritis inter ſe nexis bellè comparant, meritò poeſis dici poteſt. Quiſquamne, præter poetam, herois exercitum tam lætè & ſplendidè deſcriberet, & cum *Vere* compararet?

ولضلضت السنة الخناجر والنيازك فبرزت
عذبات العذبات ونشرت اعلام الكتايب
فانبثت اشاهير الازاهير علي عقبات العقبات
وعلي الجهلة فان الربيع حاكي ببروقه
بوارقه وبرعوده صواعقه وبخمايله ورواييه
نهارقه وزرابيه وبركامه قتامه وبشقايقه اعلامه
وباشجاره المزهرة خيامه وباغصانه رماحه وامر
ونهيه بعواصف رياحه وكتايبه السود بكتبه

Digitized by Google

الخضر وبازهاره الزرق مزارقه الزهر وبسيوله
الحجافة مسير جحافله واضطراب بحر فيالقه
بتموج خمايله عند هبوب اصايله واستمرّ بين
ذلك العرار والرند قافلا بالبال الفارغ
الي سمرقند فسار والسرور نديمه والحبور
خديمه والاسرّ معاقره والنشاط مسامره

" Agitati ſunt jaculorum & pugionum mu-
" crones, & prodierunt ramulorum extremi-
" tates; explicata ſunt cohortum vexilla, &
" ſparſi flores ſplendidiſſimi ſuper collium
" juga. Ad ſummam, produxit Ver fulgura
" enſibus exercitûs nitidis ſimilia, & tonitrua
" militum clamoribus; hortulos autem &
" colliculos ſimiles eorum ephippiis & pulvi-
" naribus ornatis; denſas porrò nubes pul-
" veri, anemonas vexillis; arbores floreas ten-
" toriis, ramos ſpiculis conſimiles; & æmu-
" latum eſt (Ver) ventis ſuis vehementibus
" mandata ejus (Timuri) & prohibitiones; &
" cohortes ejus nigras vireſcentibus ſuis foliis,
" & floribus ſuis cæruleis crateras ejus ſplen-
" didos, & confluentibus ſuis rivis progre-
" dientem ejus exercitum, & agitatum mare
" legionum ejus motu fluctuanti hortorum
" ſuorum, dum auræ veſpertinæ ſpirabant.
" Sic inter herbas fragrantes (buphthalmum)

Digitized by Google

" & myrtos tranſiit Timurus, ad Samarcan-
" dam feliciter iter faciens; fuit autem ei
" hilaritas ſodalis, & lætitia ancilla, & gau-
" dium comes aſſiduus, & voluptas pediſſe-
" qua."

Unum tamen eſt, fateor, quod eſt in epico poemate rariſſimum; nempe eò tendere videtur poeta Arabs, ut Timurum lectori quàm infeſtiſſimum reddat; ponit enim crudelem, impium, inhumanum: ſed interdum aliqua veritatis ſcintillula elucet, & multa narrat de illius magnificentiâ, de patientiâ, de fortitudine, de placabilitate. At ne hoc quidem adduci poſſum, ut *Ebn Arabſhâh* ex epicorum poetarum choro ejiciam: nam cùm finis ſit poetæ, ut lectorem erudiat, nihil intereſt, virumne deſcribat amabilem, & virtutibus cumulatum, quem imitari conemur, an vitiis deformem, cujus à nobis amoveamus exemplum. Sed de Arabibus ſatis multa.

Perſis poetam tulit in hoc genere ſine controverſiâ admirabilem, Ferduſium. Is varia ſcripſit poemata de heroüm ac regum Perſicorum rebus geſtis, quæ in unum colliguntur volumen, quod شاه نامه *Shah nama* inſcribitur. Hæc poemata ſervatis temporum ordinibus diſponuntur. Nobiliſſimum inter ea, & longiſſimum (voluminis enim permagni propè dimidiam partem conſtituit) eſt ſine ullâ dubitatione *verè epicum;* & profectò nullum eſt ab Europæis

Digitized by Google

ſcriptum poema, quod ad Homeri dignitatem & quaſi cœleſtem ardorem propius accedat. Complectitur antiquum illud bellum ac Perſis memorabile inter *Afraſiab* Tartariæ Tranſoxianæ regem, & tres illos Perſarum reges *Caicobad*, *Caicaus*, *Caikhoſru*, quorum ultimus (Græcorum Cyrus) Afraſiabum ſuâ manu interfecit. Poematis heros, ut vocatur, eſt notiſſimus ille Perſarum Hercules, qui *Ruſtem* nominatur: ſunt tamen alii heroes ſatis multi, quibus ſua etiam tribuitur gloria. Sed de hoc poemate ſeparatim atque alio volumine, ſi tempus atque otium ſuppetit, copiosè differam; ac fortaſſe etiam totum opus in lucem proferam. Nunc ſufficiet primum, qui occurrit, locum, tanquam exemplum, apponere.

چو شاه جهاندار بنهود روي
زمينرا ببوسيد وشد پيش اوي
منوچهر برخواست از تخت عاج
زياقوت وپيروزه بر سرش تاج
بپرسيد بسيار وبنواختش
بر خويش بر تخت بنشاختش
وزان كركساران وجنك اوران
وزان نره ديوان مازندران
بپرسيد بسيار وتيهار خورد

Digitized by Google

سپهبد یکایک همه یادکرد
که شادان بزي شاه تا جاودان
زجان تو کوته بد بدکهان
برفتم بدان شهر دیوان نر
چه دیوان که شیران پر خاشخر
زاسبان تازي تکاورتر اند
زکردان ایران دلاورتر اند
سپاهي که سکسار خوانند شان
پلنکان جنکي کهانند شان
زمن چون بدیشان رسید آکهي
زآواز من مغز شان شد تهي
بشهر اندرون نعره برداشتند
وزانپس همه شهر بکذاشتند
سپه جنب جنبان شد وروز تار
پس اندر فراز آمد وپیش غار
درافتاد ترس اندرین لشکرم
پذیرم که تیمار آن چون خورم
چو هفتصد منی کرز برداشتم
سپاهي بران مرز نکذاشتم
همیرفتم وکوفتم مغز شان
تهي کردم از پیکر نغز شان

Digitized by Google

نبیره جهاندار سلم سترک
به پیش اندر آمد بکردار کرک
جهانجوي را نام کرکوي بود
یکي سرو بالا جهانجوي بود
بهادر هم از تخم ضحاک بود
سر سرکشان پیش او خاک بود
چو برخواست از لشکرکش کرد
رخ نامداران ما کشت زرد
من این کرز یکزخم برداشتم
سپهرا هم انجاي بکذاشتم
خروشي برآورد اسبم چو پیل
زمین شد پریشان چو دریاي نیل
دل آمد سپهرا همه باز جاي
سراسر سوي رزم کردند راي
چو بشنید کرکوي آواز من
چنان زخم کوپال سرباز من
بیامد بنزدیک من رزم ساز
چو پیل دمان با کمند دراز
مرا خواست کارد بخم کمند
چو دیدم خمیدم براه کزند
کمان کیاني کرفتم به چنک

به پیکان پولاد وتیر خدنک
عقاب دلاور بر انکیختم
چو آتش بر او تیز میریختم
کمانم چنان بد که سندان سرش
بشد دوخته مغز با مغفرش
نکه کردم از کرد چون پیل مست
در آمد یکي تیغ هندي بدست
چنان آمدم شهریارا کمان
کزو کوه زنهار خواهد بجان
وي اندر شتاب ومن اندر درنگ
همي جستمش تا کي آید بچنگ
چو آمد که مرد جنکي فراز
من از جرمه چنکال کردم دراز
کرفتم کمر بند مرد دلیر
ززین برکسستم بکردار شیر
بخاکش فکندم چو پیل ژیان
زدم تیغ هندي ورا بر میان
چو افکنده شد شاه از ینکونه خوار
سپه روي برکاشت از کارزار
نشیب وفراز وبیابان وکوه

Digitized by Google

بهر سو شدند انجمن هم کروه
سوار وپیاده ده ودو هزار
فکنده در آمد درانجا شهار
بشاهي وشهري وجنکي سوار
همانا که بودند سیصد هزار
چه سنجد بداندیش با بخت تو
به پیش پرستنده تخت تو
چو بشنید کفتار سالار شاه
برافراخت بر ماه فرخ کلاه
مي ومجلس آراست شد شادمان
جهان پاك دید از بد بدکمان

' Cùm rex, terrarum dominus, vultum oſtendiſſet,
' Terram oſculatus eſt (Samus) & ad eum acceſſit.
' Manucheherus è ſolio eburneo ſurrexit,
' Pyropis & cæruleis gemmis ornato; & in capite (ful-
ſit) corona.
' Multa eum rogitabat, & comem ſe ei præbuit,
' Secum in ſolio eum ſedere fecit.
' (Rogabat) autem de lupis prælii ac bellatoribus,
' Et gigantibus malevolis *Mazenderána*.
' Multa rogitavit, & ſollicitus fuit,
' Heros autem ſingulis quæſtionibus diſtinctè reſpondit,
' Dicens, " Lætus, O rex, perpetuò vivas,
" Ab animâ tuâ procul ſint malevolorum hominum pro-
poſita!
" In urbem illam gigantum veni;
" At quorum gigantum? leonum ſcilicet minacium.

Digitized by Google

" Equis Arabicis sunt velociores;
" Heroibus Persicis magis intrepidi.
" Exercitûs eorum, quos *Secsár* vocant,
" Tigridas belli esse putes.
" Cùm de meo adventu nuncium accepissent,
" Ob rumorem meum capita amentia fuerunt.
" In urbe clamorem excitabant,
" Et deinde per totam urbem transibant.
" Agitata est acies, & obscuratum diei lumen,
" Alii in collibus congregati sunt, alii in vallibus.
" Tum militibus meis timor incidit;
" Non abesse potuit, quin ob hanc rem sollicitus essem;
" Quamvis septingentos clavæ meæ ictûs infligerem,
" Non possem aciem in illam regionem ducere;
" Veni tandem, & capita eorum contundebam,
" Vultûs eorum pulchros deformes reddidi.
" Nepos magni imperatoris Salmi
" Incedebat antè aciem lupo similis,
" Huic heroi nomen erat Kerkavi,
" Heros fuit cujus statura cupressum rettulit.
" Mater ejus à Zohako prognata fuit,
" Principes fortium militum præ illo pulvis erant.
" Cùm ex acie oriebatur pulvis,
" Gena militum nostrorum pallore tincta est;
" Equidem uno clavæ meæ ictu
" Inter medias hostium turmas viam aperui,
" Ita violentè irruit equus meus, sicut elephas,
" Ut tota terra, tanquam Nili fluctus, agitata sit;
" Tunc aciei redibat animus,
" Unanimè autem in prælium ruebant;
" Cùm vocem meam Kerkavi audivisset,
" Et strepitum clavæ meæ, capita findentis,
" Ad me prælii cupidus venit,
" Instar torvi elephantis, cum longo laqueo,
" Tortum in me laqueum paravit,

Digitized by Google

بهر سو شدند انجمن هم کروه
سوار وپیاده ده ودو هزار
فکنده در آمد درانجا شهار
بشاهي وشهري وجنکي سوار
همانا که بودند سیصد هزار
چه سنجد بداندیش با بخت تو
به پیش پرستنده تخت تو
چو بشنید کفتار سالار شاه
برافراخت بر ماه فرخ کلاه
مي ومجلس آراست شد شادمان
جهان پاک دید از بد بدکمان

' Cùm rex, terrarum dominus, vultum oſtendiſſet,
' Terram oſculatus eſt (Samus) & ad eum acceſſit.
' Manucheherus è ſolio eburneo ſurrexit,
' Pyropis & cæruleis gemmis ornato; & in capite (ſulſit) corona.
' Multa eum rogitabat, & comem ſe ei præbuit,
' Secum in ſolio eum ſedere fecit.
' (Rogabat) autem de lupis prælii ac bellatoribus,
' Et gigantibus malevolis *Mazenderánæ*.
' Multa rogitavit, & ſollicitus fuit,
' Heros autem ſingulis quæſtionibus diſtinctè reſpondit,
' Dicens, " Lætus, O rex, perpetuò vivas,
" Ab animâ tuâ procul ſint malevolorum hominum propoſita!
" In urbem illam gigantum veni;
" At quorum gigantum? leonum ſcilicet minacium.

Digitized by Google

" Equis Arabicis ſunt velociores;
" Heroibus Perſicis magis intrepidi.
" Exercitûs eorum, quos *Secſár* vocant,
" Tigridas belli eſſe putes.
" Cùm de meo adventu nuncium accepiſſent,
" Ob rumorem meum capita amentia fuerunt.
" In urbe clamorem excitabant,
" Et deinde per totam urbem tranſibant.
" Agitata eſt acies, & obſcuratum diei lumen,
" Alii in collibus congregati ſunt, alii in vallibus.
" Tum militibus meis timor incidit;
" Non abeſſe potuit, quin ob hanc rem ſollicitus eſſem;
" Quamvis ſeptingentos clavæ meæ ictûs infligerem,
" Non poſſem aciem in illam regionem ducere;
" Veni tandem, & capita eorum contundebam,
" Vultûs eorum pulchros deformes reddidi.
" Nepos magni imperatoris Salmi
" Incedebat antè aciem lupo ſimilis,
" Huic heroi nomen erat Kerkavi,
" Heros fuit cujus ſtatura cupreſſum rettulit.
" Mater ejus à Zohako prognata fuit,
" Principes fortium militum præ illo pulvis erant.
" Cùm ex acie oriebatur pulvis,
" Gena militum noſtrorum pallore tincta eſt;
" Equidem uno clavæ meæ ictu
" Inter medias hoſtium turmas viam aperui,
" Ita violentè irruit equus meus, ſicut elephas,
" Ut tota terra, tanquam Nili fluctus, agitata ſit;
" Tunc aciei redibat animus,
" Unanimè autem in prælium ruebant;
" Cùm vocem meam Kerkavi audiviſſet,
" Et ſtrepitum clavæ meæ, capita findentis,
" Ad me prælii cupidus venit,
" Inſtar torvi elephantis, cum longo laqueo,
" Tortum in me laqueum paravit,

Digitized by Google

" Ego verò, cùm eum vidiſſem, periculum novi appropinquare,
" Arcum * regium manu cepi
" Cum ſagittâ populeâ cuſpidem habente ferream;
" Alas ſagittarum, tanquam aquilas, volare feci,
" Sagittas, flammis ſimiles, in illum effudi.
" Putavi me tandem ut ſuper incude capitis ejus
" Propè cerebro ejus caſſidem infixiſſe
" Vidi tandem ex pulvere eum, ſicut elephantem ebrium,
" Irruere, gladium Indicum dextrâ vibrantem.
" Putabam, magne rex, eum ita eſſe violentum,
" Ut etiam montes ob ejus impetum ſibi metuerent.
" Ille itaque feſtinabat; equidem cunctabar;
" Expectabam enim uſque adeò donec propiùs accederet,
" Cùm verò acceſſiſſet magnanimus bellator,
" Ex equo meo manûs extendi.
" Cepi manu meâ viri fortis balteum,
" Illumque ex ephippiis evulſi, leoni ſimilis,
" In terram eum dejeci, ſicut furens elephas,
" Gladio meo Indico medium ejus corpus effodi.
" Cùm rex eorum hoc modo interfectus eſſet,
" Exercitus è belli campo terga dabant.
" Valles, & colles, & deſerta, & montes
" Cohortes (fugientes) undique receperunt.
" Equites ac pedites duodecim mille
" In campo proſtrati jacebant.
" Cum rege inclyto, equite, bellatore;
" Fuerant autem primò trecenti mille;
" Quid valet malevolentia, ad fortunam tuam minuendam,
" Contra eos qui ſunt folii tui cultores?"
' Cùm herois verba rex audiviſſet,
' Coronam ſuam fortunatam uſque ad lunam erexit.

* De arcu Caiano vide Herbel. p. 235.

Digitized by Google

'Vinum & convivium parari jussit, hilaris fuit,
'Et orbem terrarum malevolis viris vacuum aspexit.'

Liceat mihi, quamvis verear ut crimen temeritatis effugiam, experiri, an hæc bellatoris *Persici* oratio metro *Vergiliano* accommodari possit.

Samus, ut aurato cinctum diademate Regem
Vidit ovans, excelsa ferebat ad atia gressum;
Quem rex ad meritos facilis provexit honores,
Et secum in solio jussit considere eburneo,
Cælato rutilanti auro, insertisque pyropis.
Magnanimum affatus tum blandâ heroä loquelâ,
Multa super sociis, super armis multa rogabat,
Jam, quantos aleret tellus *Hyrcana* gigantes,
Jam, quâ parta manu nova sit victoria *Persis*:
Cui dux hæc memori parens est voce locutus.
Venimus ad castra hostilis, rex maxime, gentis:
Gens est dura, ferox; non aspera sævior errat
Per dumeta leo, non sylvâ tigris in atrâ;
Non equus in lætis *Arabum* it velocior agris.
Cùm subitò trepidam pervenit rumor in urbem
Adventare aciem, queruli per tecta, per arces,
Auditi gemitûs, & non lætabile murmur.
Ilicet æratâ fulgentes cassîde turmas
Eduxere viri; pars vastos fusa per agros,
Pars monte in rigido, aut depressâ valle sedebat:
Horruit ære acies, tantæque à pulvere nubes
Exortæ, ut pulchrum tegeret jubar ætherius sol.
Quale in arenoso nigrarum colle laborat
Formicarum agmen, congestaque farra reponit;
Aut qualis culicum leviter stridentibus alis
Turba volans, tenues ciet importuna susurros;
Tales prosiluere. Nepos ante agmina *Salmi*
Cercius emicuit, quo non fuit ardua pinus

Digitized by Google

Altior, aut vernans riguo cypariſſus in horto.
At *Perſarum* artûs gelidâ formidine ſolvi
Arguit & tremor, & laxato in corpore pallor:
Hoc vidi, &, valido torquens haſtile lacerto,
Per medias juſſi, duce me, penetrare phalangas;
Irruit alatus ſonipes, ceu torvus in arvis
Æthiopum latis elephas, neque ſenſit habenam:
Militibus vires redière, & priſtina virtus.
Ac velut, undantis cùm ſurgant flumina *Nili*,
Et refluant, avidis haud injucunda colonis,
Pinguia frugiferis implentur fluctibus arva;
Sic terra innumeris agitata eſt illa catervis:
Cùm ſtrepitum audierit noſtrum, ingentemque fragorem
Findentis galeas & ferrea ſcuta bipennis,
Cercius, horrifico complens loca vaſta boatu,
In me flexit equum, me, crudeli enſe, petebat,
Captivumque arcto voluit conſtringere nodo;
Fruſtra; nam, lunans habilem nec ſegniter arcum,
Populeas miſi duro mucrone ſagittas,
Flammarum ritu, aut per nubila fulminis acti.
Ille tamen celeri ruit impete, noſque morantes
Increpitat, letum minitans, rigidaſve catenas:
Ut verò acceſſit violenti turbinis inſtar,
Pulſus ut & clypeus clypeo eſt, & caſſide caſſis,
Illum inſurgentem, dirumque infligere vulnus
Conantem, arripui, quà diſcolor ilia cinxit
Balteus, & rutilis ſubnexa eſt fibula baccis.
Strenua tum valido molimine brachia verſans,
E ſtratis evulſi equitem, qui pronus, inermis,
Decidit, & rabido frendens campum ore momordit;
Pectora cui nivea, & ferratâ cuſpide coſtas
Transfodi, madidam defluxit ſanguis in herbam
Purpureus, triſtiſque elapſa eſt vita ſub umbras.
Haud mora, diffugiunt hoſtes, ductore perempto,
Saxa per, & colles; noſtris victoria turmis

Digitized by Google

Affulſit, cæſoſque doles, *Hyrcania*, natos.
Sic pereant, quicunque tuo, rex optime, ſceptro,
Qui premis imperio ſtellas, parere recuſent!
Dixit; & heroäs *Perſarum* rector ovantes
Laudibus in cœlum tollit; jubet inde beatas
Inſtaurari epulas, & pocula dulcia poni:
Conventum eſt, textoque ſuper diſcumbitur auro.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

المراثي

SIVE

De Poeſi Funebri.

DE Poeſi luctuosâ ac funebri longo ſermone diſſerere, nec initiò propoſui, nec neceſſarium puto. Hujus autem poeſeos duo ſunt genera; alterum, incitatum, breve, querulum: cujuſmodi ſunt illi Alcmanis versûs,

* Καταθνασκει, Κυθερει, ἄδρος Ἀδωνις. τι κε θειμεν;
Καἰατυπλεσθε, κοραι, και καἰερεικεσθε χιτωνας.

alterum, mœſtum quidem, ſed paullò ſedatius, & laudationi finitimum. Hoc genus Ἐπικηδειον alii vocant, alii Ἐλεγειον, illud Ἰαλεμον, quod Latini *Næniam* ſeu *Leſſum* appellant. *Arabes*

* Hos versûs Hephæſtion Antiſpaſticos vocat. Mihi videntur iis pedibus, vel potiùs numeris, conſtare, qui appellant Ἰωνικοι ἀπ' ἐλασσονος, ut Horatiana illa,

Miſerarum eſt neque amori,

& quæ ſequuntur.

Digitized by Google

utrumque nominant مرثاة, nam vox قينة, quâ Hebræi *Lamentationem* significant, apud illos *Cantricem* designat.

Utriusque generis præclara exempla complectitur libri *Hamasa* pars secunda; quæ tertio Ἀνθολογιας libro respondet: sed in hoc loco de Meleagri, poetæ admodùm venusti, atque aliorum carminibus in hoc genere laudatissimis, nihil necesse est multa loqui. Atqui non omittendum esse puto * *Eratosthenis* elegans epigramma de *Anastasiæ* cujusdam obitu:

Φευ, φευ, ἀμετρητων χαριτων ἐαρ ἡδυ μαραινει
'Αμφι σοι ὠμοφαγων χειμα το νερτεριων.
Και σε μεν ἡρπασε τυμβος ἀπ' ἠελιωτιδος αἰγλης,
Πεμπλον ἐφ' ἐνδεκατῳ πικρον ἀγεσαν ἐτῳ·
Σον δε πασιν γενετην τε κακαις ἀλαωσεν ἀνιαις,
Οἱς πλεον ἠελιε λαμπες, 'Αναστασιη.

Pulcherrima sunt hoc in genere † Meleagri in Heliodoram, ‡ Platonis in Dionem, § Callimachi in Heraclitum, epigrammata flebilia; nec minùs perfectæ Bionis in Adonidem, Moschi in Bionem, Ovidii in Tibullum, elegiæ: & plena suavitatis Horatii de morte Quintilii Ode. Sed hæc omnia sunt notissima: ad Asiaticos igitur veniamus; qui cùm in reliquis poematum gene-

* Antholog. lib. iii.
† Antholog. lib. iii.
‡ Diog. Laert. in Platonis Vitâ.
§ Apud eundem in Vitâ Heracliti.

Digitized by Google

ribus, tum in hoc potiſſimum eminent; quam rem exempla quædam illuſtriorem reddent.

Sunt autem belliſſimi, & cùm tranſlatione venuſtâ, tum jucundâ brevitate inſignes, illi verſûs, quos de obitu *Nozâmi'l Molki* compoſuit poeta * Shabl o'ddoulah,

كان الوزير نظام الملك لولوة
يتيمة صاغها الرحمن من شرف
بدت فلم تعرف الايام قيمتها
فردّها غيرة منه الي الصدف

" Fuit Vizir Nozámo'l Molc margarita pretioſa, quam numen divinum ex ipsâ nobilitate formaverat.

" Effulſit: at pretium ejus ignorabat ætas; idcircò invidit eam Deus hominibus, & in concham leniter repoſuit."

Quatuor hoſce verſiculos totidem hendecaſyllabis converti:

Illuſtris fuit Ille margarita,
Purâ luce nitens, colore puro;
Quam, gemmæ pretium latere queſtus,
Conchæ reſtituit Deus parenti.

Pervelim mihi contingat *Ibni Zaiati* elegiam videre, ſanè flebiliter ſcriptam de morte puellæ

* Abu'l Ferege, pag. 363.

Digitized by Google

formoſiſſimæ, quam perditè amaverat: hujus poematis unum diſtichon citat Herbelotius, idque plenum tenerrimi affectûs,

يقول لي الخلّان لو زرت قبرها
فقلت فهل غير الفواد لها قبر *

" Dicebant mihi ſodales, ſi ſepulchrum amicæ viſitarem (curas meas aliquantulum fore levatas),
" Dixi autem, An ideò aliud præter hoc pectus habet ſepulchrum?"

Interdum tamen elatiùs ſcribunt, quàm elegiæ ſimplicitas pati videatur. Quàm animosè erumpit *Amárah Al Yemani!*

رميت يا دهر كفّ المجد بالشلل
وجيده بعد حسن الحلي بالعطل *

" O Fortuna, manum gloriæ exareſcere feciſti,
" Et collum ejus, poſt ornamentorum pulchritudinem, monilibus nudâſti."

Ecce autem poetam *Perſicum*, qui totam naturam luctuoſam pingit ob regis cujuſdam magnifici interitum,

امروز شاها ملك جهان دل تنكست
فيروزه چرخ هر زمان بر رنكست *

Digitized by Google

" Hodiè, O rex, totius naturæ pectus contrahitur;
" Et ætheris gemma cærulea identidem colorem mutat."

Quam ſententiam in ſimili argumento elatiſſimè amplificat *Abu Becr Al Dani* *,

وما حلّ بدر التمّ بعدك داره
ولا اظهرت شمس الظهيرة مبسما
تكاد الحيا والريح شقّت جيوبها
عليك وناح الرعد باسمك معلما
ومزق ثوب البرق واكتست الضحي
حدادا وقام النجم الجو ماءتما
يجيب بها الهام الصدي ولها
لما اجاب الغيان الطابر المترنما
كانّ لم يكن فيها انيس ولا التقي
بها الوفد جمعا والخميس عرمرما

" At poſt te in domicilio luna plena non requieſcit,
" Nec ſplendidè ridet ſol meridianus,
" Jam verò pluvia & ventus veſtes ſuas lacerant,
" Ob tui deſiderium, & vocat tonitru nomen tuum notum,
" Et ſcindit veſtem fulgur, & induit meridies
" Ferrum, & ſtellæ cœli conventum luctuoſum conſtituunt.

* Apud Ebn Khalicân.

Digitized by Google

" Reſpondent ſibi raucæ noctuæ flebiliter,
" Cùm reſpondent præficæ veloces, ſtrepentes,
" Velut ſi non eſſet ei ſodalis, nec convenirent
" In eâ turba congregata, & cohors numeroſa."

Sed omninò dulciſſimum eſt carmen in capite ſecundo libri Hamaſa, de morte viri fortiſſimi ac perliberalis Maâni,

الّا علي معن وقولا لقبره
سقتك الغوادي مربعًا ثم مربعًا *
فيا قبر معن انت اول حفرة
من الارض خطّت للسماحة مضجعا *
ويا قبر معن كيف واريت جوده
وقد كان منه البر والبحر مترعا *
بلي قد وسطت الجود والجود ميت
ولو كان حيا ضقت حتي تصدّعا *
فتي عيش في معروفه بعد موته
كما كان بعد السيل مجراه مرتعا *
ولما مضي معن مضي الجود فانقضي
واصبح عرنين المكارم اجدعا *

" Accedite, duo mei ſodales, ad Maanum, & ſepulchro ejus dicite:
" Irrigent te nubes matutinæ imbribus poſt imbres.
" At O Maani ſepulchrum, tu, qui primò fovea fuiſti
" In terrâ, nunc ſterneris beneficentiæ cubile:

Digitized by Google

" Et O Maani ſepulchrum, ut recepiſti liberalitatem,
" Quà terræ ac maria fuerunt plena!
" Imò, accepiſti liberalitatem, at mortuam,
" Nam profectò ſi viva eſſet, ita anguſtum eſſes, ut diſrumperes.
" Juvenis erat, qui, ob largitionem, poſt interitum vivit,
" Velut pratum, per quod defluxit rivus, jucundiùs vireſcit:
" At mortuo Maano, mortua eſt liberalitas, ac deceſſit,
" Et nobilitatis faſtigium reſectum eſt."

In poemate eleganti quod Ebn Arabſhâh, tanquam faſtigium quoddam ſplendidiſſimum hiſtoriæ Timûri ſubjungit, ferè triginta ſunt versûs, qui, ſi ſeparatim eſſent compoſiti, inter elegias recenſeri poſſent; hos adeò propter elegantiam eximiam placet apponere.

اين الذين وجوههم كانت تلالا كالزبور *
اهل السعادة والحجي وذو السيادة والوقور *
والمطعيوا بدر السماء والمخجلوا فيض البحور *
وسفتهم ريح الغناء سفي الرمال يدّ الدبور *
اين البنون ومن غدا للقلب افراحا ونور *
كانوا اذا رفع الحجاب وزحزحت عنهم ستور *

Digitized by Google

تلقي الدنيا قد اشرقت كالشمس من سجف الخدور*
من كل ظبي احور او ظبية تزري بحور*
نشر الجمال عليهم ثوب الدلال علي حبور*
وفدتهم مهج الوري من شر احداث الدهور*
كانوا اذا سكنوا مكانا حركوه من السرور*
كانوا علي وجه الدنيا حدقا وللاحداق نور*
وحدايقا لرياضها وعلي حدايقها زهور*
بينهاهم في سكرهم وقد مازج الدل الغرور*
والعمر غض والزمان مسلم لهم الامور*
واذا بساقي الموت فاجاهم بكاسات الثبور*
فسقي رياض حياتهم قدحا اعاد الكل بور*
تركوا فسيح قصورهم رغما الي ضيق القبور*
وسقوا كووس فراقهم صبرا لكل شج غيور*

Digitized by Google

من شق حزنا جيبه ولفقدهم دق
الصدور*
لوكان ينفعه الرشااو كان يجديه النذور*
لغداهم ووقاهم ورعاهم رعي الحذور*
سكنوا الثري فتغيرت تلك المحاسن
والشعور*
ورعاهم دود البلي وفراهم فري الجزور*
امسوا رميماً في الثري وثووا الي يوم
النشور*
يسعي المحب مخاطبا اجداثهم يوما يزور*
ينعي ويندب نابحا قبرا تناوشه الدثور*
ويمرغ الخدين في ترب يراها كالدرور*
يدعوا فليس يجيبه الا صدا صمّ الصخور*

" Ubi ſunt ii, quorum facies tanquam ſanctus liber ſplendebant,
" Juvenes fortunati, & ſapientes, dominatum habentes ac dignitatem,
" Qui lunam cœli extinxerunt, & marium effuſionem pudore effecerunt?
" At diſperſit eos exitii ventus, ut arenam diſpergit Zephyrus.
" Ubi ſunt adoleſcentuli, & ii qui fuerunt cordibus lætitia ac lumen?

Digitized by Google

" Ab illis, cùm ablatum esset velum, & remota ab iis aulæa,
" Terrarum orbis emicuit, tanquam è velamine occulto prodiens;
" Omnes hinnuli pulchris præditi oculis, aut capreolæ contemptas reddentes nymphas cœlestes:
" Vestiit eos pulchritudo chlamyde deliciarum ac lætitiæ;
" Eosque redemit hominum spiritus à malis adversæ fortunæ.
" Cùm locum quemvis habitarent, eum hilaritate moverunt:
" Fuerunt in terræ facie oculi, & oculis lumen;
" Et hortuli in pratis, & in hortulis flores.
" Cùm adhuc essent ebrii, cùm se extulit fallax eorum & grata protervitas,
" Dum ætas vigebat, & fortuna iis rerum dominatum concedebat,
" Ecce, venit mortis pocillator, & ad eos exitii cyathos attulit,
" Et irrigavit vitarum eorum hortulos scypho, qui omnes ad nihilum redegit.
" Reliquerunt ampla palatia, in sepulchra angusta compulsi;
" Et pocula discessûs eorum præbuit apsinthium unicuique amico dolore affecto,
" Qui ob tristitiam sinum lacerat, & ob eorum desiderium percutit pectus.
" Si utilia essent dona, aut si valerent vota,
" Certè illos redimerent ac servarent & studiosâ curâ custodirent.
" Jam verò terram incolunt; perierunt illæ suavitates ac scientiæ;
" Vescitur iis exitii vermis, & scindit eos ut mactanda pecora:
" Attriti jacent sub terrâ, ubi manebunt usque ad judicii ultimi diem.

Digitized by Google

" Venit amicus eorum, ut eos alloquatur, & ſepulchrum jugiter viſitat;
" Gemit, ac plorat querulè, juxta ſepulchrum, quod invadit oblivio;
" Et genas pulvere inquinant, quæ anteà fuerant margaritis ſimiles:
" Vocant, at nihil iis reſpondet, niſi rauca montium echo."

Belliſſimum eſt in hoc genere poema in viceſimâ *Haririi Mekâma*, quod integrum ſubjiciam:

عندي يا قوم حديث عجيب
فيه اعتبار للبيب الاريب *
رأيت في ربعان عمري اخا باس
له حد الحسام القضيب *
يقدم في المعرك اقدام
من يوقن بالفتك ولا يتريب *
فيفرج الضيق بكرّاته حتي
يري ما كان ضنكاً رحيب *
ما بارز الاقران الا انثني
عن موقف الطعن برمح خضيب *
ولا سما يفتح مستصعباً
مستغلق الباب منيعاً مهيب *
الا ونودي حين يسهو له
نصر من الله وفتح قريب *

Digitized by Google

هذا وكم من ليلة باتها
يهيس في برد الشباب القشيب *
يرتشف الغيد ويرشفته
وهو لدي الكل المقدي الحبيب *
فلم يزل يبتزّه دهره
ما فيه من بطش وعود صليب *
حتي اصارته الليالي لقاً
يعافه من كان منه قريب *
قد اعجز الراقي تحليل ما به
من الدأ واعيا الطبيب *
وصارم البيض وصارمته
من بعد ما كان المجاب المجيب *
وآض كالمكنوس في خلقه
ومن يعش يلق دواهي المشيب *
وهاهو اليوم مسجي فمن
يرغب في تفكين ميت غريب *

" Habeo, amici, miram narrationem, à quâ exemplum ſibi ſumat auditor peritus & intelligens.

" Vidi in flore ætatis meæ juvenem fortiſſimum, gladio armatum acuto & gracili.

" In certamen irruit, perinde ac ſi certus eſſet aliquid audendi, & non pertimuit.

" His præliis uſque eò anguſtias dilatavit, ut id, quod obſtructum fuerat, pateret.

Digitized by Google

" Ubi provocavit adverſarios, nunquam rediit à pugnæ contentione ſine ſpiculo ſanguine imbuto;
" Nec unquam inſtituit arcem oppugnare arduam, occluſam, formidabilem, excelſam,
" Quin clamatum ſit, cùm id inſtituiſſet,
" Victoria à cœlo & præſidium appropinquat!"
" Prætereà quot noctes egit veſtibus adoleſcentiæ tectus nitidis!
" Molles puellæ & dabant ei & receperunt ab eo oſcula, & ille ubique gratus fuit ac jucundus.
" Sed fortuna non deſiit fortitudinem illius ac vires eripere,
" Donec tempora ita eum afflixerint, ut ab illo conjunctiſſimi amici decederent.
" Debilis fuit magus, nec morbum ejus ſanare potuit, & tumultuatus eſt medicus.
" Enſes autem candidi illum vulnerabant, poſtea quàm & ab hoſte reſponſum accepiſſet, eique viciſſim reſpondiſſet.
" Nunc autem jacet tanquam fera in latibulo; nam quicunque vivit, miſeriis temporis eſt obnoxius.
" Ecce illum hodiè veſte funebri involutum! Et quis mortui peregrini curat exequias?"

Hæc elegia non admodum diſſimilis eſſe videtur pulcherrimi illius * carminis de Sauli & Jonathani obitu; atque adeò verſus iſte

ما بارز الاقران الا انثني
عن موقف الطعن برمح خضيب

" Ubi provocavit adverſarios nunquam rediit à

* 2 Sam. I.

Digitized by Google

pugnæ contentione ſine ſpiculo ſanguine imbuto."

ex Hebræo reddi videtur,

מדם חללים מהלב גבורים
קשת יהונתן לא נשוג אחור :

" A ſanguine occiſorum, à fortium virorum adipe,
" Arcus Jonathani non rediit irritus."

Cùm illius poematis omnium ſermone celebrantur venuſtas & pulchritudo, volui integram elegiam huic loco ſubjungere in verſiculos diſtinctam:

* קינה לדוד
הצבי ישראל על במותיך

* Inſcribitur etiam hoc poema קשת ſive *Arcus;* more Aſiaticorum, qui ea carmina, quibus præcipuè delectantur, inſcriptione brevi, & de verſu quodam inſigniori deſumptâ, notare ſolent. Sic percelebratum carmen poetæ *Câb Ben Zoheir* vocitatur modò الامان ſive *Securitas,* modò *Bânat Soâd,* propterea quod hoc habeat initium,

بانت سعاد فقلبي اليوم متبول

" Abiit amica mea Soada, & cor meum hodiè mœrore conficitur."
Sic Alcorani Capita inſcribuntur

والشمس, والليل, الغلق, الفيل, الكوثر

&c.

Interdum etiam pervagata carmina, quæ memoriter identidem recitari ſolent, nomine ad argumentum accommodato inſcribunt. Velut illa in hiſtoriâ Antaræ & Ablæ, quibus mater occiſum filium deflet, & cives ſuos *Beni Badr* ad pugnandum impellit,

Digitized by Google

חלל איך נפלו גבורים :
אל תגידו בגת אל
תבשרו בחוצת אשקלן :
פן תשמחנה בנות פלשתים
פן תעלזנה בנות הערלים :
הרי בגלבע אל טל ואל מטר
עליכם ושדי תרומות :
כי שם נגעל מגן גבורים
מגן שאול בלי משיח בשמן :
מדם חללים מחלב גבורים
קשת יהונתן לא נשוג אחור
וחרב שאול לא תשוב ריקם :
שאול ויהונתן הנאהבים
והנעימם בחייהם :
ובמותם לא נפרדו
מנשרים קלו מאריות גברו :
בנות ישראל אל שאול בכינה
המלבשכן שני עם עדנים
המעלה עדי זהב על לבושכן :
איך נפלו גברים בתוך המלחמה
יהונתן על במותיך חלל :
צר לי עליך אחי יהונתן
נעמת לי מאד נפלאתה
אהבתך לי מאהבת נשים :
איך נפלו גבורים
ויאבדו כלי מלחמה :

Elegiæ hujus παραφρασιν quandam *Græcam*, quam, cùm eſſem peradoleſcens, contexui, liceat hoc loco apponere:

inſcripta ſunt ab Arabibus *Dolorum Solatia*, ut ait libri auctor

هذه الابيات تسميها العرب المثيرات للاحزان

Nota eſt autem ſignificatio vocis ثاءر

Ὦ μοι ἐγω, θανετην ἀρ' εν ὄρεσιν αἰπεινοισιν
Ὀφθαλμω λαοιο, δυ' Ἰσραηλος ἀωτω;
Κατθανετην εν ὀρεσσιν ἀκηδεε. συν τ' ἀρα κεινοιν
Εἰ καλον, ἐι τιμηεν ἐτ', ἀγλαον ἐι τι πεφυκεν,
Κατθανεν, ἐι λαμπρον χαριτεσσιν. κατθανε κεινοιν
Συν τε φιλοφροσυνη, συν τ' ἀγλαΐης γλυκοεσσης
Ἀνθεα, συν τ' ἀρετη και τιμη. Μη νυ τοι, ἠχοι,
Αισσομαι, ἀλλοδαποισιν εν ἀνθρωποις ψιθυριζης,
Ἀλλα σιωπηλη γ' ἠς κ' ἀψοφον, ὡδε νυ ἐτοι
Παιδες δυσμενεων και παρθενικαι βαθυκολποι
Οὐποτε κεν χαιροιεν εν ἀλσεσιν, ἐδε γελωντες
Συν τ' εὐηγοριᾳ, συν τ' ἐχθοδοποις ἀλαλαγμοις,
Συν τε χοροσασιαισιν ἐπισκιρτωεν ἀναιδεις.
Ὦ ὀρος, ὠ σπηλυγγες ἀνηδονοι, ὠ Γελβοα,
Μηκετι νυν γιλβοι κεν ἀν' εὐπεταλον ὑακινθον
Ἀσακτι δροσος ἀργυρεον, μηθ' ὑγρον ἰωσι
Θρηνον ἀηδονιηες ἐπ' ἀκροκομω κυπαρισσω.
Ἦμιν ἐ κεν ἀρουρα φεροι γαχυν, ἐ γαλαθηνων
Τετραποδων κε πλεον τελεθοι γενον, ἐδε κεν ἀρνες
Παιζοισαι σκιρτωεν ἀν' εἰαρινον λειμωνα,
Οὐδ' ἀρα κεν χιμαροι γ' ἐπιμηλαδες, ἀλλ' ἀγαλακτοι
Οἴιες, ἀλλ' ἀκυθοι κ' ὦσιν, κειναι γαρ ἀωτω
Ἡρωων ἀθρησαν ὀϊομενω θανεεσθαι,
Ἀθρησαν Σαυλον ῥιψασπιδα, ὡς τινα μηπω
Χριομενον βασιληα νεω ῥαθαμιγξιν ἐλαιω.
Ἀμφω μεν καλω γ' ἠτην, ἀμφω δη κρατιγω,
Ἀμφω θεσπεσιως δεδαημενω ἐκπολεμωσαι,
Ἀμφω νικησαι δ', ἀτ' ἀνεδραμον αἰθερι δισσω
Αἰετω, ἠ φλογοεντε δι' ἠρανω ἠριπον ἀγρω,
Ἠ τις ἀμα σκυμνῳ βλοσυρῳ θηρ, λυσσαλεος θηρ,
Ἐσπευσεν μακραις ἐνι χερμασιν, ὡδ' ἀρα κεινω
Εὐτυκτης κλισιας τε και αὐλια δηϊασκον.
Ὦ νυμφαι λειμωνιαδες, κηραι ῥοδοπηχεις,
Ἐρπετε, παρθενικαι μαλακαιποδες, ἐ ῥα χοροισιν
Οὐδε περιπλεκτοις ἀγανως ποσιν, ἀλλα γε πεπλων
Αυετε πορφυρεων περονας, και ἀμυσσετε χερσιν
Ἀμβολαδις κεφαλας ξανθοτριχας, ἠδ' ἀρα κολπους
Ἀσαγες ἀργυρεης δακρυων ἀναδευετ' ἐερσῃ

Digitized by Google

Αἰν' ὀλοφυρομεναι, και γαρ νυν ἡδεα Σαυλȣ
Ὀμματα νυξ ἠμβλυνε, σιδηρεος εὐνασεν ὑπνος,
Ὁς γ' ὑμιν χλανιδας χρυσειας, χρυσεα δωκεν
Ζωνια, και τα πεδιλα, τατ' ἐντεα, τας τ' ἀρα πορπας,
Χρυσῳ και φοινικι καλας δαιδαλλε χιτωνας,
Ὁς δ' ὑμιν θυοεντι κροκῳ παραδωκεν ἐθειρας
Φαιδρυνειν, μυρτοις τε και εὐωδεσσιν ἐλαιοις.
Φιλτατ' Ἰωναθανε, φρεσι μοι συ μεν ἐσκες ἐραννος
Πȣλυ τι και περι των ἑτερων, σεο δη γλυκυφωνȣ
Αυδη, και γηρυς, ὁποταν κλαιω τεον οἶτον,
Ουασι και μυθοι μελιηδεες ἰνδαλλονται.
Ἡδυ τι παρθενικαις ὀαριζεμεν ἡδυ τι νυμφων
Στησαμενων χορον εὐρυν εν ἀλσεσιν εψιαασθαι,
Ἡδυ τι συριζειν λιγεως, ἀλλ' ȣδ' ὀαριϛυς,
Οὐδε χοροιτυπιαι κεν εν ἀλσεσιν, ȣ̓ συριγϛες
Ἡδεα δη τελεθȣσιν, ἐπει σεο, φιλταθ', ἁμαρτον.
Οὐκ ἀρ' ἐτ' ἠελιον παλιν ὀψετον, οἰμοι, ἑταιρω.
Κεισθον Ἰωναθανος και Σαυλος χρυσεοπηληξ,
Ὀφθαλμω λαοιο, δυ' Ἰσραηλος ἀωτω.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

الادب والنصيحة

SIVE

De Poesi Morali.

POESEOS, cujus finis est lectorem docere, duo videntur esse genera; alterum propositum finem dissimulat, ut epos & tragœdia; alterum apertè monet, velut illa poesis quam nunc tractare aggredior.

Perantiqua fuit & omnibus ferè gentibus usitatissima consuetudo, sapientiam & vitæ officia per elegantes, breves, & modulatas sententias docendi. Notissima sunt in hoc genere Phocylidis præcepta, & elegantissimæ Theognidis sententiæ, iique versûs, qui, à Pythagoreo quodam scripti, Pythagoræ ipsi falsò ascribuntur. His addi possunt Aristotelis atque aliorum gravissima Σκολια, quæ inter epulas & pocula rorantia cantari solebant. Supersunt etiam * Odini præ-

* Vid. *Haavamaal* à Resenio editum.

Digitized by Google

cepta antiquiſſima, in Runicâ linguâ ſcripta, quæ miram habent in ſuo genere pulchritudinem,

Veteres *Arabum* ſententiæ ſunt innumeræ; & permulta ſunt volumina, quæ امثال, ſive *Sententias*, complectuntur. Prætereà, etiam nunc (ut ab homine *Syro* audivi) *Arabes* memoriter recitare ſolent proverbia ſapientiæ pleniſſima, cujuſmodi ſunt,

الضحك بلا سبب من قلة الادب

" Riſus ineptus ruſticitatis eſt indicium."

القول كالحلب ليس له ردّ
فكيف يردّ الحالب اللبنا

" Verbum lacti ſimile eſt, reverti nequit;
" Quomodo enim is, qui mulxit, lac poteſt reddere?"

Et illud *Perſicum* de Fortunæ inconſtantiâ,

اين فلك همچو شيشهٔ ساعتست
ساعتي زير وساعتي زبرست *

" Res humanæ vitri horarii ſunt ſimiles,
" Quod unâ horâ inferius eſt, & alterâ ſuperius."

& tetraſtichon illud,

Digitized by Google

دنيا مثال بحر عميق است پر نهنك
آسوده عارفان كه كرفتند ساحلي
دنيا نيرزد آن كه پريشان كني دلي
زنهار بد مكن كه نكردست عاقلي

" Hujus vitæ curſus ſimilis eſt mari profundo crocodilorum pleno:
" Quàm tranquilli ſunt ſapientes viri, qui littus occupant!
" Hæc vita non tanti æſtimanda eſt, ut cor tuum (ejus causâ) turbes;
" Cave: ne malefacias; ſapientis enim non eſt."

&,

ما كان ذلك العيش الا سكرة
لذاتها رحلت وحلّ خمارها *

" Vita humana nihil aliud eſt niſi ebrietas; cujus dulcedo protinus evolat; ſed reſtat crapula."

At cùm deductiora ſint, non tam proverbia appellari debent, quàm præcepta, ſeu versûs morales, quales ſunt illi de taciturnitate:

الصمت فالزم ولا تنطق بلا سبب
ان المعلل والاكثار في تعب *
فان ظننت ان النطق من ورق
فاستيقننّ ان الصمت من ذهب *

Digitized by Google

" Silentio opus eſt; ne ideò ſine causâ loquaris;
" Nam auditor multarum vocum fatigari ſolet.
" Quòd ſi locutionem argenteam eſſe autumes,
" Hoc ſcito, ſilentium eſſe aureum."

& de ignorantiâ;

وفي الجهل قبل الموت موت لاهله
واجسادهم دون القبور قبور*
وان المرء لم يحي بالعلم قلبه
فليس له حتي النشور نشور*

" Ignorantia affert ignaris ante mortem, mortem;
" Et corpora illorum ſunt, ſine ſepulchris, ſepulchra:
" Quòd ſi quis doctrinâ cor ſuum non reficiat,
" Non erit illi ante reſurrectionem, reſurrectio."

& illa de humanarum rerum contemtione,

اي دل ازين جهان دلازار دركذر
وز تنكناي كنبد دوار دركذر
كار جهان نه لايق اهل بصيرتست
يكشاي ديده بر همه ازار دركذر

Digitized by Google

از بحر غم زحرص چو غواص شوخ چشم
غوطه مخور زکوهر شهوار درکذر

" Cor meum, ab hac vitâ ærumnosâ recede,
" Et ab anguſtiis cœli convertentis recede:
" Hujus vitæ negotia viros perſpicaces haud decent;
" Oculum aperi; ab omni moleſtiâ recede:
" In triſtitiæ mare avaritiæ causâ, ut urinator madidos habens oculos,
" Ne te immergas; à gemmâ regiâ recede."

His addam verſûs elegantiſſimos, qui Principi perilluſtri *Shemſelmaâli* aſcribuntur:

الدهر يومان ذا صفو وذا كدر
والعيش سطران ذا امن وذا حذر*
قل للذي بصروف الدهر عيّرنا
هل عاند الدهر الا من له خطر*
اما تري البحر تعلو فوقه جيف
ويستقرّ باقصي قعره الدرر*
اما تري الريح اذ هبّت عواصفه
فليس يقصف الا عالي الشجر*
وكم علي الارض من خضر ويابسة
وليس يرجم الا من له ثمر*

Digitized by Google

وفي السماء نجوم ما لها عدد
وليس يكشف الا الشمس والقمر *
احسنت ظنك بالايام اذ حسنت
ولم تخف سوف ما ياتي به القدر *
وسالمتك الليالي فاغتررت بها
وعند صفو الليالي يحصل الكدر *

" Tempus è binis conſtat diebus, hoc puro, illo terribili,
" Et vita è binis ordinibus, hoc ſecuro, illo formidabili.
" Dic ei, qui nos ob temporum mutationes vituperat,
" An premit fortuna quenquam niſi cui ſit præſtantia?
" Annon vides mare in cujus ſuperficie feruntur cadavera,
" At reſident extremo in fundo margaritæ?
" Annon vides, ut venti ſpirent vehementes?
" Sed nullas frangunt præter altas arbores.
" Quot ſunt in terrâ arbores cùm virides tum aridæ?
" At lapidibus nullæ petuntur, niſi eæ quæ fructûs afferant.
" In cœlo autem ſydera ſunt innumera;
" Sed defectum non patiuntur præter ſolem ac lunam.
" Præclarè de fortunâ ſenſiſti, cùm benigna eſſet;
" Et nihil timuiſti, niſi quod cum potentiâ aliquâ veniret:
" Pacem tecum coluit fortuna, ſed ab illâ deceptus es:
" Nam ſplendidas noctes ſubſequuntur obſcuræ."

Et illos de peregrinationis laudibus,

سافر تجد عوضا عمن تفارقه
وانصب فان لذيذ العيش في النصب *
ما في المقام اري اعزّا ولا ادبا

Digitized by Google

من غربة فدع الاوطان واغترب *
اني رايت وقوف الماء يفسده
ان ساح طاب وان لم يجر لم يطب *
والشمس لو وقفت في الفلك دايمة
لملّها الناس من عجم ومن عرب *
والبدر لو لا أفول منه ما نظرت
اليه في كل حين غير مرتعب *
والاسد لو لا فراق الغاب ما افترست
والسهم لو لا فراق القوس لم تصب *
والتبر كالتبن ملقا في معادنه
والعود في ارضه نوع من الحطب *

" Peregrinator: invenies amicum pro illo quem reliquisti;
" Et locum muta, nam in loci mutatione constat vitæ suavitas.
" Nihil video magis eximium ac præclarum
" Peregrinatione; relinque ideò patriam, ac peregrinator.
" Video aquam stagnantem putrescere,
" Si fluit, dulcis est, si non fluit, non item.
" Quòd si perpetuò sol in cœlo restaret,
" Cùm Persæ tum Arabes eum fastidirent.
" Et si nunquam occideret luna, nihil viderem ab eâ præter molestiam proficisci.
" Si leo sylvam non relinqueret, prædam non discerperet,
" Si sagittæ arcum non relinquerent, scopum non attingerent:
" Aurum denique in fodinâ tanquam stramen projicitur,
" Et lignum aloës pretiosum, in terrâ ubi crescit, lignum est commune."

Digitized by Google

Quorum ſimiles ſunt illi Perſici,

هر کس که سفر کند پسندیده شود
وز عین کمال نور هر دیده شود
پاکیزه تر ز آب نشاید هرگز
هر کجا کند مقام گندیده شود

" Quicunque peregrinatur, jucundus eſt,
" Et ab oculo perfectionis lux fit omnium oculorum:
" Nihil eſt aquâ nitidius,
" At ſi diù ſtagnat, fit putida."

Et illi,

بجرم خاک وبکردون باید کرد
که آن کجاست زارام واین کجاست زسفر
سفر مربي مردست وآشیانهٔ جاه
سفر خزانهٔ مالست داد استاد هنر
درخت اگر متحرک بودي زجاي بجاي
نه رنج ارّه کشیده ونه جفاي تبر

" Terræ globum & cœlum intuearis neceſſe eſt:
" Ubi eſt illa ob quietem, ubi hoc ob motum?
" Peregrinatio viri adjutrix eſt, & nutrix dignitatis,
" Peregrinatio opum theſaurus eſt, honorem emit:

Digitized by Google

" Arbor, ſi de loco in locum movere poſſet,
" Acutam ſerram non ſentiret, nec duram bipennem."

Inter ſententias Turcicas nullas ferè legi his pulchriores :

وارمي بر خاطر كه غم دن خارخاري اولميه
قاني بر رخ كم حوادثدن غباري اولميه *
بو كلستان جهانه سرتسر قلدم نظر
كورمدم بر كل كه خارجان كزاري اولميه *
نيچه بيلدر ايلرم بن بو خراباتي طواف
ايچمدم بر باده كم هركز خماري اولميه *

" Eſtne ullus ſtatus, ubi non ſit horrida triſtitia?
" Cujuſquamne in genis ſanguis mœrore non obſcuratur?
" Hoc roſetum hujus vitæ uſquequaque ſum contemplatus,
" Et nullam vidi roſam, ubi non eſſet ſpina animam ipſam vulnerans.
" Quot annos has tabernas ambivi!
" Et vinum nunquam hauſi, quod non ſecuta ſit crapula."

Quam ſententiam ſolutâ oratione expreſſit, nec ineleganter, Ali Chelebi,

هيچ بر مشام كلشن عالمدن بي خار جفا

بوي وفا استشمام اتمهش در وصغار وكبار
دست ساقي روزكاردن بي خمار بادهٔ
خوشخوار ايچمهش در *

" In hujus vitæ roſeto ſine ſpinâ malignitatis
" auram fidei oderatu ſentire non licet; nec
" magnis nec parvis à manu pocillatoris for-
" tunæ ſine crapulâ dulce vinum bibere con-
" ceditur!"

Non minus elegantes ſunt hæ ſententiæ *Perſi-cæ:*

مخالف نكردد بجان دوستدار
مغيلان نيارد بجز خار بار
زاعدا نجويد وفا هوشمند
كه ريحان نروید زتخم سپند
ندید از ني بوريا كس شكر
كه كوهر بكوشش نكردد دكر
كسي را كه باشد بدي در نهاد
نيارد بجز مكر وتلبيس ياد

" In hoſtili pectore amicitia haud naſcitur;
" Sed acacia nihil præter ſpinas affert:
" Ab inimico ſapiens fidem non expectat,
" Nam à colocynthidis ſemine herba odorata
non creſcit:

Digitized by Google

" Ab arundine ſtoreis aptâ nemo ſaccharum vidit,
" Nam uniuſcujuſque rei naturam nullus labor mutare poteſt:
" Quicunque indolem habet pravam,
" Nullos afferet fructûs præter fraudem ac perfidiam."

Et illæ *Haririi* in *Mekáma* decimâ nonâ:

لا تايسن عند النوب من فرحة تجلوا
الكرب *
فلكم سموم هبّ ثم جري نسيماً وانقلب *
وسحاب مكروه تنشا فاضمحل وما
سكب *
ودخان خطب خيف منه فما استبان له
لهب *
فاصبر اذ ما ناب روع فالزمان ابوالعجب *
وترج من روح الالة لطايفاً لاتحتسب *

" In rebus aſperis ne deſperes lætitiam videre quæ curas depellat;
" Quot enim venti venenati flare cœperunt, & mox jucundis auris cedentes diſceſſerunt?
" Et quot nubes formidandæ diſperſæ ſunt, priuſquàm imbres effuderint?

Digitized by Google

" A fumo autem, à quo timemus, (ignem) non orta eſt flamma.
" Sis ergò patiens dum adverſa eſt fortuna, nam tempus miraculorum pater eſt;
" Et à Dei ſpiritu bona ſpera; quæ numerari nequeunt."

Multa poemata habent *Arabes* ac *Perſæ* de officiis ac virtutibus. Sádii poeſis ferè tota eſt moralis; nec minus in Aſiâ celebratur libellus, quem contexuit poeta Perſicus *Sheikh Attâr*, & پندنامه *Pendnama*, inſcripſit: hujus libri caput apponam, *de avaritiâ diſtinguendâ.*

در بیان ملامت بخیلان
سه علامت ظاهر آمد از بخیل
با تو گویم یاد گیرش ای خلیل
اولا از سایلان ترسان بود
وز بلای جوع هم لرزان بود
چون رسد در ره بخویش وآشنا
بگزرد چون باد وگوید مرحبا
نبود از مالش کسی را فایده
کم رسد با کس زخوانش مایده
حاجت خودرا مجو از زشت روی
انکی دارد روی خوب ازوی بجوی

Digitized by Google

" Tria ſigna avarum diſtinguunt,
" Quæ nunc tibi exponam; ea verò, amice, memoriâ tene.
" Primò, mendicantes timet,
" Et fame attritus totus tremit;
" Cùm in viâ ſodali cuipiam & amico it obviam,
" Præterit venti ſimilis, &, *Salve*, ait.
" Nulla eſt cuiquam à mensâ ejus utilitas;
" Non à mensâ ejus ad quenquam mittitur cibus.
" Negotium tuum à viro deformem vultum habente ne petas,
" Si quis vultum habeat hilarem, ab illo pete."

Perſpiciet lector libellum hunc *Perſicum* aureolo Theophraſti περὶ Χαρακτήρων opuſculo eſſe perſimilem.

Alia eſt ratio docendi per *Fabulas*, quas Græci Αἶνες vocabant, vel Μυθες; cujuſmodi eſt illa *Archilochi*,

* Ἔρεω τιν' ὑμιν αἶνον, ὦ Κηρυκιδη,
Ἀχνυμενη σκυταλη,
Πιθηκος ἠει θηριων ἀποκριθες
Μηνῶ ἀν' ἐσχατιην.
Τῳ δ' ἀραγ' ἀλωπηξ κερδαλη συνηντετω
Πυκνον ἐχθσα νοον——

reliqua interciderunt.

* Vide Ammonium Περὶ διαφορὰν λεξεων.

Digitized by Google

Pulcherrimam fabellam Perſicam de *Modeſtiæ* laudibus citat * *Chardinus*, quam exercitationis gratiâ Arabicè converti, eo genere dicendi uſus quod سجع vocatur:

ذكر بعض الحكماء وذو الفضل من النبلاء
ان كانت قطرة ماء سقطت من الغمام المدرار
الي لجّ البحر الزخار ولما راءت الامواج اذا
اصطدمت في الدردور الهياج حيرت
وضعضعت حتي اطالت ثم حسرت وقالت يا
لي من يوم تطرير صرت فيه اقل من
القطمير ولو كنت بالامس في المزن الهامع
نضيرا فاني اليوم لم اكن شياً مذكوراً وبينما
هي مستحيرة واذا بها مستنيرة فقد كساها
الرحمن ثوباً من شرف وحطّها الي صدف
فصارت لولوة يتيمة وهي الي الان علي
تاج السلطان كريمة وهذا من صميم الوصايا
والزبد فاعتبر منه يا ايها الحبيب واجتهد

" Dixit quidam ex ſapientibus & doctis viris,
" Guttulam aquæ è nubibus pluvioſis in ma-
" ris æſtuantis gurgites cecidiſſe: cùm autem
" fluctûs vidiſſet in vaſto vortice furentes, at-

* Vide *Chardin.* Itin. Perſ. vol. iii. p. 189, 4to. Amſt.

Digitized by Google

" tonita hæſit, & aliquantulum præ pudore
" tacuit, tum flebiliter ſuſpirans, " Hei mihi,
" inquit; O diem infauſtum; in quo facta
" ſum dactyli cuticulâ abjectior: & quan-
" quam heri inter nubes emicui, hodiè ad ni-
" hilum me redactam ſentio." Dum hæc
" verecundans effudit, facta eſt ſubitò ſplen-
" didiſſima; ham divinum numen, modeſ-
" tiam illius laudans, veſte nobilitatis eam ve-
" lavit, & in concham depoſuit, ubi in mar-
" garitam pretioſiſſimam verſa eſt, & nunc in
" regis coronâ ſplendet. Hæc autem fabula
" præceptorum flos eſt & medulla; hinc tibi
" exemplum ſume, O amice, & ut quàm ve-
" recundiſſimus fias, elabora."

Scripſeram priùs hoc de poeſi morali caput, quàm ſcirem unde fabulam hanc, quæ ab *Addiſono* noſtro etiam citatur, ſumſiſſet *Chardinus*; ſed legi eam nuperrimè in Sadii opere perfectiſſimo, quod *Buſtan* ſeu *Hortus* inſcribitur, & à Sadio ipſo, poetâ, ſi quis alius, ingenioſo, inventam puto: ipſius itaque versûs elegantes citabo, cum meâ, qualiſcunque ſit, verſione:

يكي قطرهٔ باران از ابري چكيد
خجل شد چو پهناي دريا بديد
كه جاي كه درياست من كيستم
كر او هست حقا كه من نيستم

Digitized by Google

چو خودرا بچشم حقارت بدید
صدف در کنارش بجان پروريد
سپهرش بجاي رسانيد کار
که شد لؤلؤ نامور شاهوار
بلندي از آن يافت کو پست شد
در نيستي کوفت تا هست شد

hoc eſt, ſi verbum ferè de verbo reddatur;

" Gutta pluviæ à nube cecidit;
" Pudore affecta eſt, cùm æquor maris videret.
" Quis locus? inquit, quid æquor? quidnam ego ſum?
" Si illud exiſtat, certum eſt me non exiſtere.
" Dum ſeipſam oculo contemptûs intuebatur,
" Concha in gremium ſuum eam recipiens aluit:
" Fortuna uſque adeò ſtatum ejus promovit,
" Ut facta ſit margarita illuſtris, regia.
" Elationem ex eo invenit, quòd humilis fuerat,
" In obſcuritate depreſſa eſt, donec in lucem pervenerit."

FABULA.

Rigante molles imbre campos *Perſidis*,
E nube in æquor lapſa pluviæ guttula eſt,
Quæ, cùm modeſtus eloqui ſineret pudor,
" Quid hoc loci, inquit, quid rei miſella ſum?
" Quò me repentè, ah! quò redactam ſentio?"
Cùm ſe verecundanti animulâ ſperneret,
Illam recepit gemmeo concha in ſinu;
Tandemque tenuis aquula facta eſt unio:
Nunc in coronâ læta Regis emicat,
Docens, ſit humili quanta laus modeſtiæ.

Digitized by Google

CAPUT XV.

النسيب

SIVE

De Poeſi Amatoriâ.

NECESSE eſt omninò jucundiſſima poeſis ſit ea, cujus materia ſuaviſſimus ſit animi motus, & omnium mortalium communis, Amor: quo, ſi ex pulchritudinis ſpecie & admiratione oritur, nihil jucundius; ſi ex benignâ voluntate purâque amicitiâ, nihil aut utilius aut honeſtius: nam de Platonicis non loquor, qui amorem ex divinæ perfectionis, in ſuperiore vitâ ſpectatæ, recordatione oriri autumabant.

Ac neminem extitiſſe opinor, quem pulchritudinis ſplendor non permoverit & accenderit; nec ulla unquam fuit gens tam fera, quin poematis genus habuerit ad amoris affectûs exponendos idoneum: ipſi Peruviani cantilenas habent non amatorias ſolùm, ſed etiam dulciſſimas, ſi *Garcilaſſo*, ſcriptori graviſſimo, & patriæ ſuæ conſuetudinum peritiſſimo, fides habenda ſit.

Digitized by Google

Pervulgata ſunt carmina *Lapponica*, quæ citat *Schefferus*, eaque plena tenerrimi affectûs. Proditum eſt etiam memoriæ, * Odinum illum, non heroa ſolùm, ſed (ut veteres Dani putabant) *Divum*, versûs quoſdam amatorios ſcripſiſſe, eoſque cum Amri'lkeiſi Moallaka valdè congruentes.

Sed abſurdè faciam, ſi de omnibus Europæ gentibus, quæ hoc poeſeos genus coluerunt, diſſerere velim; nam Italorum, qui in hoc genere regnant, & aliorum, poeſis eſt notiſſima: atqui à propoſito non erit alienum, pauca *Græcæ* poeſeos exempla, eaque minùs vulgata, proferre.

Memoriæ proditum eſt *Alcmana Sardianum* amatoriæ poeſeos principem fuiſſe ac ducem, & hos versûs contexuiſſe,

† Ἔρως με δ' αὖτε Κυπριδος ἑκατι
Γλυκυς κατειβων καρδιαν ἰαινει.

quibus nihil eſſe poteſt elegantius.

Ac non mirum eſt Ciceronem dixiſſe *Rheginum Ibycum* maximè omnium amore flagraſſe, cùm ita elatè & magnificè de ſe loquatur:

Ἠρι μεν αἱ τε Κυδωνιαι μαλιδες
Ἀρδομεναι ῥοαν ἐκ ποταμων, ἱνα παρθενων
Κηπος ἀκηρατος, αἱ τ' οἰνανθιδες
Αὐξομεναι σκιεροισιν ὑπ' ἐρνεσι
Οἰναρεοις θαλεθεσιν. Ἐμοι δ' ἐρως
Οὐδεμιαν κατακοιτος ὡραν τε

* Vide libellum Haavamaal à Reſenio editum. Hafniæ 1665.
† Vide Athenæum lib. xiii.

Digitized by Google

Ὑπο στεροπας φλεγων
Θρηϊκιος Βορεας ἀϊσσων
Παρα Κυπριδος ἀζαλεαις μαναις
Ἐρεμνος ἐθαμβησε, κραταιος
Παιδοθεν φυλασσει ἑμας φρενας.

Quid de Amore graviſſimi ſenſerint Philoſophi, ex his *Euripidis* anapæſtis videre poſſumus:

Παιδευμα δ' Ἐρως σοφιας, ἀρετης,
Πλειστον ὑπαρχει, και προσομιλει
Οὑτος ὁ δαιμων παντων ἡδιστ
ος ἐφυ θνητοις, και γαρ ἀλυπον
Τερψιν τιν' ἐχων, εἰς ἐλπιδ' ἀγει,
Τοις δ' ἀτελεστοις των τωδε πονων
Μητε συνειην, χωρις δ' ἀγριων
Ναιοιμι τροπων.
Το δ' ἐραν προλεγω τοισι νεοισιν
Μηποτε φευγειν,
Χρησθαι δ ὀρθως ὁταν ἐλθη.

Libet hic ſubjicere *Pindari* carmen de *Theoxeno* verè magnificum:

* Χρην με κατα καιρον
Ἐρωτων δρεπεσθαι,
Θυμε, συν ἡλικια.
Τας δε Θεοξενυ ἀκτινας
Προσωπυ μαρμαριζοισας δρακεις
Ὁς μη πονῳ κυμαινεται,
Ἐξ ἀδαμαντος, ἡε σιδαρυ,
Κεχαλκευται μελαιναν καρδιαν
Ψυχρα φλογι. Προς δ' Ἀφροδιτας
Ἀτιμασθεις ἑλικοβλεφαρυ,
Ἡ περι χρημασι μοχθιζει
Βιαιως, ἡ γυναικειῳ θρασει

* Vide Athenæum ibidem.

Digitized by Google

Ψυχραν φορειται πασαν ὁδον
Θεραπευων. Ἀλλ' ἐγω γ' ἑκατι
Τας καρος, ὡς δαχθεις
Μελιχραν μελισσαν,
Τηκομαι, εὐτ' ἀν ἰδῳ
Παιδων νεογιον ἐς ἡβαν.

Sed de *Græcis* nimis fortaſſe multa. De Anacreontis ac reliquorum carminibus nihil dico, utpote quæ ſint ſatis nota, & *venuſtiorum hominum*, ut ait Catullus, memoriâ dignentur. Ad Aſiaticos igitur veniam.

Non exiſtimari poteſt antiquis illis Arabibus, de quibus ſuprà dixi, ſpicula ſolùm & gladios cordi fuiſſe: iidem enim ſæpe fuerunt bellatores acerrimi, iidem amatores, & poetæ optimi. In medio ſæpè præliorum diſcrimine amicarum recordati ſunt, & versûs effuderunt pulcherrimos. Sic *Abu'l Ata Es'ſindi* amicam alloquitur,

ذكرتك والخطي يخطر بيننا
* وقد نهلت منّا المثقفة السمر

hoc eſt,

"Tui recordabar, cùm ſpicula inter nos vibrarentur,
"Et fuſci jaculi ſanguinem noſtrum biberent."

& *Antarah* nobiliſſimè,

ولقد ذكرتك والرماح نواهل
* مني وبيض الهند تغسل في دمي

Digitized by Google

فوددت تقبيل السيوف لانها
لمعت كبارق ثغرك المتبسم *

" Et profectò tui memor eram, cùm haſtæ ex meo corpore
" Potum haurirent, enſeſque Indici in ſanguine meo ſe lavarent;
" Ardenter autem cupiebam gladios oſculari, utpote qui
" Splenderent, inſtar dentium tuorum, dum ſubrides, fulgurantium."

Proinde antiquis *Arabum* poetis mos erat, carmina omnia, ſive de rebus bellicis, ſive de viri illuſtris laudatione, ab amicæ deſcriptione ordiri. Sic *Zobeir* in Moallakæ ſuæ initio,

وفيهن ملهي للطيف ومنظر
انيق لعين الناظر المتوسم *

" Inter eas verò fuit quædam delicatè ludens, vultu
" Splendido prædita, oculo ſpectatoris jucunda, foliis etiam glaſti cæruleis tincta."

Elegiæ autem * *Amri'olkeiſi* & *Lebidi* totæ ferè ſunt amatoriæ. Nec omittendum eſt *Caab Ebni Zoheir* carmen, cujus hoc eſt initium admirabile:

* Vid. Cap. iii.

Digitized by Google

بانت سعاد فقلبي اليوم متبول
متيم اثرها لم يفد مكبول *
فما سعاد غداة البين اذ رحلوا
الا اغن غضيض الطرف مكحول *
تجلو عوارض ذي ظلم اذا ابتسمت
كانه منهل بالراح معلول *
شجت بذي شبم من ماء مخبية
صاف بابطح اضحي وهو مشمول *
تنفي رياح القذا عنه وافرطه
من صوب سارية بيض يعاليل *

" Abiit (amica mea) *Soâda*, & cor meum hodiè dolore percitum (relinquitur),
" Amore confectum, & vinculis conſtrictum, à quibus nulla eſt redemptio.
" *Soâda* autem, manè quo diſceſſit, & abiit (tribus),
" Nihil aliud erat, niſi hinnulus ſtridulam habens vocem, demiſſo vultu, oculis nigris præditus:
" Nudabat dentes ſplendidiſſimos cùm ſubrideret, veluti vas eſſet aquarium, idque vino temperatum,
" Quod (vinum) aquâ miſcetur gelidâ, ex recondito fonte,
" Clarâ, in valle, limpidâ, vento denique afflatâ,
" Cujus ſordes auræ diſſipaverunt, & ſuper quam effulgent
" Imbribus nocte effuſis bullæ candidiſſimæ."

Amatoriis carminibus conſtat caput quartum libri *Hamaſa* (cui reſpondet Ἀνθολογιας Græcæ pars ſeptima), & magna pars libri *Yatîma*.

Digitized by Google

Hujus poeſeos idem ferè eſt argumentum, & idem tenor. Amator languet, queritur, mœret; deinde lætatur & exultat: abſentem amicam quærit; mox præſentem duritiæ inſimulat: deinde cupit, angitur, timet, iraſcitur: denique naturam ſibi parere autumat, & ad deſiderium ſuum levandum converſam iri ſperat; proinde ita contrariis animi motibus agitatur, ut veriſſimi eſſe videantur *Crantoris* versûs in Amorem à Laertio citati:

Ἐνδοιῃ μοι θυμος, ὁ τοι γενος ἀμφιβοητον,
Ἠ σε θεων τον πρωτον ἀειγενεων, ἐρος, ἐιπω,
Των ὁσσους ἐρεβος τε παλαι βασιλεια τε παιδας
Γεινατο νυξ, πελαγεσσιν ὑπ' εὐρεος Ὠκεανοιο.
Ἠ σε γε Κυπριδος υἱα περιφρονος, ἠε σε γαιης
Ἠ ἀνεμων. Τοιος συ κακα φρονεων ἀλαλησαι
Ἀνθρωπων, ἠδ' ἐσθλα, το και σεο σωμα διφυον.

Ita queritur princeps idem & poeta illuſtris Ebn Feras,

يا معشر الناس هل لي
مما لقيت مجير *
اصاب غرة قلبي
ذاك الغزال الغزير *
وعمر ليلي طويل
وعمر نومي قصير *

"O amicorum cœtus, ecquid mihi eſt ab ægritudine refugium?

" Splendor hinnuli illius lacte pleni cor meum vulnerat,
" Et noctis ſpatium longum reddit, ſomni verò breve."

& alius,

ومهفهف غنج الشمايل ازعجت
قلبي محاسن وجهه ازعاجاً *

" Gracilis ac delicata puellâ cor meum vultûs
" pulchritudine vehementer perturbat."

Nunc lætitiâ exultat, ut Seifo'ddoula, princeps etiam præclarus,

يا ليلة لست انسي طيبها ابداً
كانّ كل سرور حاضر فيها *
باتت وبت وبات الرق ثالثنا .
حتي الصباح تسقيني واسقينا *

" O nox, cujus dulcedinis nunquam obliviſcar,
" Quippe in eâ omne lætitiæ genus aderat;
" Recubuit (puella), ego quoque recubui, & tertius recubuit amor,
" Uſque eò donec aurora nos ſalutaret, ego autem illi vale dicerem."

Nunc autem imprudentiùs in amicas invehunt poetæ, eaſque vehementer accuſant, ut

Digitized by Google

اكرم بها خلة لو انها صدقت
موعودها او لو ان النصح مقبول *
لكنها خلة قد سيط من دمها
فجع وولع واخلاف وتبديل *

" Ah! quàm dulcis eſſet amor ejus, ſi fidem ſervaret, aut ſi amicitiam ſinceram acciperet.
" Sed amoris ejus ſanguine miſcentur ægritudo ac dolor, perfidia & inconſtantia."

Omnibus porrò poetis, ſed præcipuè Aſiaticis, uſitatum eſt Zephyrum frequenter alloqui, & vel de amicâ percontari, vel eam ſalutatum mittere; ſic

بالله يا عرف نسيم الصباح
بلغ سلامي اهل تلك البطاح *

" Per deum te oro, auræ matutinæ odor,
" Salutationem meam iſtius vallis incolis transfer."

Sic ipſe Zephyrus in libro *Caſhfo'laſrâr* inductus de ſeipſo loquitur,

انا الذي تنهوا بي الثمار وتسهوا بي الازهار
وتسلسل الانهار وتلقح الاشجار و تروح الاسرار
واخبر في الاسحار بقرب المزار وانا رسول كل

Digitized by Google

محبّ الي حبيبه وحامل كل شكوي عليل
الي طيبه *

" Per me matureſcunt fructûs, per me ſplendent
" flores, placidè labuntur rivuli, floribus or-
" nantur arbores, & ſpirantur amatorum ar-
" cana. Manè amici adventum annuncio.
" Ego autem legatus ſum amatorum ad ami-
" cos, & depreſſos ægritudine ad dulcedinem
" perduco."

Hac imagine frequentiſſimè utitur *Hafez*, cujus pulcherrimam Oden hoc in loco exponam:

صبا اگر گذري افتدت بكشور دوست
ببار نفحهٔ از گيسوي معنبر دوست

" Zephyre, ſi per amicæ meæ manſionem
tranſire tibi contingat,
" Affer odorem ex illius cincinnis fragranti-
bus (ambareis).

بجان او كه من از شكر جان بر افشانم
اگر بسوي من آري بيامي از بر دوست

" Per vitam ejus animam meam dulcedine
aſpergam,
" Si ad me nuncium à gremio amicæ pertu-
leris."

Digitized by Google

اگر چنانچه درآن حضرتت نباشد یار
بدین دو دیده بیاور غباري از در دوست

" Quod ſi tibi numen haud tantoperè faveat,
" Affer ſaltem ad oculos meos pulverem ab amicæ domicilio."

من کدا وتمناي وصل او هیهات
کجا بچشم به بینم خیال منظر دوست

" Equidem miſer ſum, & adventum ejus peto: ah! ubinam
" Oculo meo videbo vultûs amici ſimulachrum?"

دل صنوبریم همچو بید لرزانست
زحسرت قد وبالاي چو صنوبر دوست

" Cor meum excelſum, tanquam ſalix, tremit,
" Ob deſiderium amicæ, formâ & ſtaturâ pino ſimilis."

اگر چه دوست بچیزي نمیخرد مارا
بعالمي نفروشیم موي از سر دوست

" Tametſi amica nos nihili æſtimat, tamen
" Orbem terrarum non permutemus crine illius capitis."

Digitized by Google

چه باشد ار شود از بند غم دلش آزاد
چو هست حافظ خوش خوان غلام وچاکر
دوست

" Quid juvat, cor habere à curarum vinculis liberum,
" Si Hafez dulciloquus amicæ ſervus et miniſter eſſe cogatur?

In hoc amatorio genere regnum propè ſibi vindicant *Perſæ:* ſed *Arabibus* tamen, ut ſuprà dixi, ſuus conceditur locus; nec recentioribus tantùm, verùm etiam antiquis illis Arabiæ cultoribus, qui nondum feritatem exuiſſent. In libro *Hamaſa* carmen eſt lætarum imaginum pleniſſimum, quod, quoniam ad Græcorum laudem videtur proximè accedere, huic capiti apponam:

قال سالمي ابن ربيعة
ان شواء ونشوة وخبب البازل الامون
يجشمها المرء في الهوي مسافة الغايط البطين
والبيض يرفلن كالدمي في الريط
والمذهب المصون
والكثر والخفض امنا وشرع المزهر الحنون
من لذة العيش والفتي للدهر والدهر ذو
فنون
والعسر كاليسر والغني كالعدم والحي للمنون

Digitized by Google

" Epulæ nimirùm, & ebrietas, & ſaltus (camelæ) adultæ, firmè incedentis,
" Cui laboriosè incumbit herus, amore percitus, per ſpatium depreſſæ vallis;
" Et puellæ candidulæ, delicatè incedentes, tanquam ſtatuæ eburneæ, veſtibus
" Sericis auro intertextis velatæ, ſtudiosè cuſtoditæ;
" Et ubertas, & ſecura tranquillitas, & nervi fidium querularum:
" Hæ ſunt vitæ ſuavitates. Homo enim fortunæ ſervit; & fortuna eſt mutabilis.
" Adverſæ res & ſecundæ, abundantia & egeſtas pares ſunt: & quicunque vivit, morti debetur."

Oden hanc verti, vel potiùs imitatus ſum, verbis atque imaginibus ad noſtram conſuetudinem aptatis:

Dulci triſtitiam vino lavere, aut, nitente Lunâ,
Multâ reclines in rosâ
Urgere blandis oſculis puellas:
Aut, dum prata levi pulſat pede delicata virgo
Comam renodans auream
Molli Cupidinis tepere flammâ:
Aut, dum blanda aures recreat lyra, floreo ſub antro,
Ad ſuave Zephyrorum melos
Rore advocati ſpargier ſoporis:
Hæc ver purpureum dat gaudia, comis & juventas;
His, mite dum tempus favet,
Decet vacare, dumque ridet annus.
Quicunque aut rerum domini ſumus, aut graves coacti
Curas egeſtatis pati,
Debemur aſperæ, Fabulle, morti.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

الثناء والمدح

SIVE

De Laudatione.

TRIA habent Asiatici laudationum poeticarum genera; quibus majora poemata ferè semper ordiri solent: nam, priusquam ad argumentum accedant, divini numinis collaudant benignitatem, misericordiam, potentiam; tum vatem suum, ut vocatur, & illius cognatos in cœlum laudibus efferunt; ac deinceps regis atque optimatum virtutes, seu veras, sive adulationis causâ fictas, immortalitati commendant. De singulis his generibus differam oportet: ac de primo quidem parciùs, propterea quòd humani ingenii non sit omnium rerum effectorem & procreatorem, ut decet, laudare. Perantiqua sanè fuit consuetudo & omnibus usitata gentibus, optimi & maximi numinis laudes carminibus jucundè modulatis, vibrantibus atque incitatis sententiis, verbis illustribus ac splendidis, & numeris ex-

Digitized by Google

ultantibus celebrare: & profectò omnis poeseos quasi fons est ac principium divinæ beneficentiæ ac potestatis laudatio, quæ cum ipsâ humanâ naturâ ortum conjunctum habuit. Possumusne nobis persuadere, quin homo, cœli ac terrarum dignissimus contemplator, cùm primò hoc ornatissimum naturæ templum vidisset, cùm hunc solem dierum ac tempestatum moderatorem, hanc cærulei ætheris placidissimam serenitatem, hanc denique terram universam, florum, herbarum, atque arborum varietate distinctam, aspexisset, instinctu quodam poetico incenderetur, & in cantum incitatissimum prorumperet, quo horum omnium architectum & rectorem laudaret? Id usu venit poetæ Arabi, qui, post elegantem verni temporis descriptionem, sex habet versiculos pietatis & sacri ardoris plenissimos:

الم تر ان نسيم الصباء
له نفس نشره صاعد
فطوراً ينوح وطوراً يغوح
كما يفعل الفاقد الواجد
وسكب الغمام وندب الحمام
اذا ما شكي الغصن المايد
ونور الصباح ونور الاقاح
وقد هزّه البارق الراعد

Digitized by Google

ووافي الربيع بمعني بديع
يترجمه ورده الوارد
وكل لاجلك مستيقظ
لما فيه نفعك يا جاحد
وكل لاليه ذاكر
مقرّ له شاكر حامد
وفي كل شي له اية
تدلّ علي انه واحد

" Nonne ſentis dulcem auram, à cujus halitu odor afflatur;
" Et nunc gemit, nunc odorem exhalat, ut cerva hinnulum perditum inveniens?
" Fundunt pluviam nubes, & plorat turtur, dum queritur agitatus ramus,
" Splendet autem lux auroræ, & flores anthemidis, quos nubes fulgurans & tonans diſcutit;
" Et venit Ver cum ſenſu mirifico, quem interpretatur roſa adveniens:
" Hæc adeò omnia excitantur tui gratiâ & in tua commoda, incredule,
" Omnia autem Dei recordantur, illi ſerviunt, illum laudant, illi gratias agunt;
" In unâquaque enim re ſignum eſt, oſtendens illum Unum eſſe."

Ex hoc itaque animi affectu, qui *Admiratio* dicitur, non, ut poeta ait, ex *timore*, natæ ſunt pulcherrimæ atque amabiliſſimæ ſorores, *poeſis* ac *pietas*; quæ apud omnes ferè gentes, non eas ſolùm quæ paullò ſunt humaniores, ſed etiam

Digitized by Google

incultas ac rudes, ſibi invicem adminiſtrare ſolent. Ac miror affirmare * Polybium, conſuetudinem eſſe Arcadum ferè propriam, hymnis & carminibus uſque à pueritiâ patrios deos atque heroäs laudare: certè ab omnibus propè ſcriptoribus hoc poeſeos genus antiquiſſimum fuiſſe dicitur. Atque in hoc loco de Callimachi hymnis politiſſimis, de iis qui Homero atque Orphei aſcribuntur, de nonnullis Theocriti Idylliis, & de uno atque altero Pindari carmine, non eſt neceſſarium diſſerere. Lubet tamen ſubjicere carmen in hoc genere perpulchrum, quod licèt ab Athenæo † in quatuor Παιανας ſeu Σκολια diſtinguatur, mihi tamen unus eſſe videtur *hymnus* in Minervam ac Jovem, Cererem & Proſerpinam, Apollinem & Dianam, ac Panem; quam ſententiam confirmat quodammodò ejuſdem metri in ſingulis ſtrophis continuatio:

Παλλας Τριτογενεὶ, ἀνασσ' Ἀθανα,
Ὀρθε τανδε πολιν τε και πολιτας,
Ἀτερ ἀλγεων τε και σασεων,
Και θανατων ἀωρων. Συ τε και, Πατερ.

Πλεται μητερ' Ὀλυμπιαν ἀειδω
Δημητρα σεφανηφοροις ἠν ὡραις.
Παι Διος, Περσεφονη, χαιρετον,
Εὐ δε τανδ' ἀμφεπετον πολιν.

* Polyb. lib. iii. Σχεδον παρα μονοις Ἀρκασι πρωτον μεν οἱ παιδες ἐκ νηπιων ᾄδειν ἐθιζονται κατα νομες τες ὑμνες και παιανας, οἱς ἑκαστοι κατα τα πατρια τες ἐπιχωριες ἥρωας και θεες ὑμνεσι.

† Lib. xv.

Digitized by Google

Ἐν Δηλῳ ποτ' ἐτικτε τεκνα Λατω,
Φοιβον χρυσοκομαν ἀνακτ' Ἀπολλων',
Ελαφηβολον τ' ἀγροτεραν Ἀρτεμιν,
Ἀ γυναικων μεγ' ἐχει κρατος.

Ὠ Παν, Ἀρκαδιας μεδων κλεεννας,
Θρχησα, Βρομιαις ὑπαδε νυμφαις,
Ἰω Παν, ἐπ' ἐμαις εὐφροσυναις,
Ταις δ' ἀοιδαις ἀ ει κεχαρημενος.

De Perſarum verò ac Turcarum hymnis inutile erit pluribus verbis dicere; tot enim apud eos ſunt ſupremi numinis laudationes, quot libri, ob morem Aſiaticorum, qui Pindari ſententiæ,

Ἀρχομενῳ ἐργῳ, προσωπον
Χρη θεμεν τηλαυγες,

accedentes, ſemper hymnum lectiſſimis elegantiarum floribus ornatum operibus præponunt.

Poemata, in quibus ipſe Mohammedes laudatur, ſunt quamplurima. Venuſtiſſimum tamen, meâ quidem ſententiâ, eſt à Caab Ben Zoheir ſcriptum; cujus versûs quidam digniſſimi ſunt, qui hoc loco ob eximiam pulchritudinem apponantur. Quàm magnifica hæc eſt leonis deſcriptio, quem ſe minùs timere ait quàm Mohammedem! Nam Arabum legiſlator, delatorum ſermonibus incitatus, hujus poetæ meditabatur interitum:

من خادر من ليوث مسكنه
ببطن عثر غيل دونه غيل

Digitized by Google

يغدو فيلحم ضرغامين عيشهما
لحم من القوم معفور خرازيل
اذا يساور قرناً لا يحلّ له
ان يترك القرن الا وهو مغلول
منه تظلّ سباع الجوّ ضامرة
ولا تمشي بواديه الارجيل
ولا يزال بواديه أخو ثقة
مطرح البرّ والدرسان ماءكول

(Magis illum timeo) " Quàm leonem leonum, qui habitat
" In valle *Atthari*, ubi ſylva eſt ſylvæ impoſita;
" Manè egreditur, & duos catulos nutrit, qui veſcuntur
" Carne hominum, in pulvere volutatâ & conſciſsâ:
" Cùm in hoſtem inſiliat, non licet ei
" Hoſtem relinquere, niſi priùs vinciatur.
" Ob illum leones ſolitudinis manent taciti,
" Neque in valle illius pedites ambulant.
" At perpetuò in valle ejus (frater confidentiæ) heros confidentiſſimus
" Projectis & armis & veſtibus devoratur."

Deinde ad Mohammedem tranſit, elatiſſimâ uſus figurâ,

ان الرسول لسيف يستضآ به
مهند من سيوف الله مسلول

" Vates ſcilicet enſis eſt, à quo lux oritur,
" Indicus, ex enſibus Dei, nudatus."

Digitized by Google

Sed ad heroum laudes veniamus. Celebrare igitur res præclarè geſtas, ac virorum fortium virtutes, antiqua fuit Arabibus conſuetudo. Neque eſt ullum poeſeos genus utilius: nihil eſt enim præſtabilius quàm animum ad virtutes impellere atque incendere; nihil porrò ad eum finem conſequendum efficacius, quàm ea proferre exempla, quæ lector admiretur, & ſibi imitanda proponat. Hujuſmodi carminibus conſtat libri *Hamaſa* caput ſextum; aliaque innumera ſunt laudationum exempla. Et quis non miro virtutis amore incenditur, cùm eam ab *Ibn Onein* ita ſuaviter laudatam videat:

بين الملوك السايبن وبينه
في الفضل ما بين الثرايا والثري
وبكل ارض جهة من عدله
الصافي اسال نداه فيها كوثرا
عدل بحلم الذيب منه عكي الطوي
غرثان وهو يري الغزال الاعفرا
يعفو عن الذنب العظيم تكرماً
ويصدّ عن قول الخنا متكبرا
لا تسمعن حديث ملك غيره
يروي فكل الصيد في جوف الغرا

" Inter reges alios omnes, atque illum (Almelec Al Adil)
" In excellentiâ, tantum intereſt, quantum inter Pleiadas & terram.

Digitized by Google

" In omni terræ parte floret ejus juſtitia
" Pura, & fluit ros ejus in eâ (liberalitas) modo fluvii cœleſtis *Cuthar:*
" Juſtitia, à quâ manſuetus fit lupus fame aſtrictus,
" Eſuriens, licèt hinnuleum candidum videat.
" Ignoſcit culpis graviſſimis benevolè,
" At à verbis turpibus cum indignatione ſe avertit.
" Narrationem de rege præter eum ne audias,
" Omnis enim præda eſt in ventre onagri."

hoc eſt, *omnes virtutes ille ſolus complectitur.*

Similiter *Ferduſi* de rege Perſarum, priuſquàm ab illo laceſſitus eſſet injuriis:

جهاندار محمود شاه بزرك
بآبش خور آرد همي ميش وكرك
زكشمير تا پيش درياي چين
برو شهرياران كنند آفرين
چو كودك لب از شير مادر شست
بكهواره محمود كويد نخست
ببزم اندرون آسمان سخاست
برزم اندرون شير جنك اژدهاست
زفرّش جهان شد چو باغ بهار
هوا پر زآب وزمين پر نكار
ز ابر اندر آمد به هنكام نم
جهان شد بكردار باغ ارم

Digitized by Google

" Rerum dominus, *Mahmud*, rex potens,
" Ad cujus aquam potum veniunt simul agnus & lupus:
" A Cashmirâ usque ad Sinensem oceanum
" Reges illius laudes iterant.
" Cùm infans labium matris lacte lavat
" In cunis, nomen *Mahmudi* illicò profert.
" In convivio cœlum est liberalitatis,
" In prælio, belli leo est, imò draco:
" Ab ejus magnificentiâ orbis terrarum verno horto similis est,
" Aër pluviâ plenus est, & terra ornamentis plena:
" A nubibus debito tempore cadit ros,
" Et terræ orbis *Iremi* hortulos refert."

Idem poeta *Ebn Onein* regis *Alâdel* filios pari venustate laudat:

وله البنون بكل ارض منهم
ملك يقود الي الاعادي عسكرا
من كل وضاح الجبين تخاله بدراً
وان شهد الوغي فغضنفرا
قوم ذكوا اصلا وطيبوا محتدًا
وتدفقوا جودا وراقوا منظرا
متقدم حتي اذا النقع انجلي
بالبيض عن سبي الحريم تاخرا
وتعاف خيلهم الورود بمنهل
ما لم يكن بدم الوقايع اصحرا
يغشوا الي نار الوغي شغفاً منه
ويجل ان يغشوا الي نار القري

Digitized by Google

" Sunt ei filii, ex quibus in unâquaque regione
" Rex eſt, qui in hoſtes exercitum ducat;
" Ex omnibus (adoleſcentibus) frontes habentibus nitidas,
illum eſſe putares lunam,
" At cùm in prælium irruit, tum ſcilicet leonem:
" Homines ingenuum habentes ortum, egregiam indolem,
" Copiosè fluentem liberalitatem, & formoſos vultûs.
" Irruunt, cùm eluceat aliqua utilitas
" Ex enſibus, ſed à ſacris rebus rapiendis abſtinent.
" Faſtidiunt equi eorum aquæ potum,
" Quæ hoſtium ſanguine non tingatur.
" Extinguunt belli ignem, ingenti ejus amore capti,
" Sed longè abeſt, ut hoſpitalitatis ignem extinguant."

Nobiliſſima ſunt in hoc genere *Abi'l Ola* carmina, cujus exultans & quaſi vibrans ingenium videtur *Pindari* fuiſſe ſimillimum. Primum illius in laudem principis *Said* carmen harum literarum cultoribus non minorem affert delectationem, quàm Græcæ poeſeos amatoribus primum & quartum *Pythium*. Hujus elatiſſimi poematis illuſtriores quaſdam virtutes exponam. Seipſum initiò alloqui videtur, & ſententiarum ſeriem de vanis animæ humanæ cogitationibus fundit. Mox de ſuâ peregrinatione loquitur; mulieres quaſdam inducit de causâ itineris percontantes: " Reſpondimus, inquit, *Saidum pe-*
" *timus*; & fuit illis nomen principis fauſto
" omini;"

سالن فقلنا مقصدنا بسعيد
فكان اسم الامير لهن فالا

Said enim *fortunatum* ſignificat,

Digitized by Google

Tum, ad principis laudationem facili aperto aditu, in elatam animi exultantiam erumpit, & in hos magnificos versûs ſeſe effundit:

مكلف خيله قنص الاعادي
وجاعل غابه الاسل الطوالا
تكاد قسيه من غير رام
تهكن في قلوبهم النبالا
تكاد سيوفه من غير سل
تجذّ الي رقابهم انسلالا
تكاد سوابق حملته تغني
عن الاقدار صوناً وابتذالا

" Impellit equitum turmas ad hoſtium venationem,
" Et, tanquam ſylvam, haſtas proceras erigit.
" Parum abeſt, quin arcûs ejus nondum flexi
" In illorum cordibus ſagittas figant.
" Parum abeſt, quin enſes ejus non diſtricti
" Ad illorum colla properanter accedant.
" Parum abeſt, quin equi celeres ſine regimine,
" Quo ſe reprimant, aut effundant, illum vehant."

Deinde bella principis, tanquam venatoris potentiſſimi, deſcribit. Hinc ad amores ſuos, more *Arabico*, tranſit; & amicam ſub juvencæ imagine adumbrat. Tempeſtatem deſcribit ac fulgura; morales quaſdam ſententias, ut Pindarus ſolet, intexit. Hinc occaſionem ſumit in

Digitized by Google

tribum *Badia* invehendi, quos inhoſpitalitatis inſimulat; iiſque *Saîdi* liberalitatem tanquam exemplum proponit: cujus fortitudinem ac potentiam mirificis coloribus pingit. Mox equum principis ob celeritatem ac nobilitatem, *Græcorum* more, collaudat, & poſt nobilem gladii *Proſopopœiam*, variaſque laudationes, poema claudit. Quàm ſublimis eſt hæc enſis deſcriptio, quàm audax, quàm magnifica!

محلي البزد تحسبه تردي
نجوم الليل وانتعل الهلالا
مقيم النصل في طرفي نقيض
يكون تباين منه اشتكالا
تبين فوقه ضحضاح مآء
وتبصر فيه للنار اشتعالا
غراراه لسانا مشرفي
يقول غرايب الموت ارتجالا
اذا بصر الامير وقد نضاه
باعلي الجو ظنّ عليه آلا
ودبّت فوقه حمر المنايا
ولكن بعد ما مسخت نهالا

" Ornatur vaginâ, quam veſtitam putes
" Aſtris nocturnis, & calceatam lunâ:

Digitized by Google

" Facies erecta mucronis, meo aſpectu, diſcrepantiam quandam habet,
" Ita tamen ut in illâ quædam ſit ſimilitudo;
" Fulget enim ſuper eâ aquæ ſplendor,
" At vides in eâdem ignis ſcintillas.
" Duæ ejus acies duæ ſunt linguæ in Moſhref politæ,
" Quæ terribilem Mortis orationem fundunt ex tempore.
" Cùm circumſpiciat princeps, eumque enſem educat
" In altum aëra, putat in eo ſplendore aquæ nitorem;
" Et repunt ſuper illo purpureæ mortes,
" Poſteaquàm in formicas mutatæ fuerint."

Sanguinis guttulas lento motu per gladium defluentes cum formicis comparat. Illâ autem figurâ, " *repunt ſuper illo purpureæ mortes*," nihil eſſe poteſt conceptu difficilius, nihil incertius aut magis terribile, & ob eam ipſam cauſam, ut anteà ſtatuimus, nihil elatius.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

SIVE

De Vituperatione.

AD eam poeſeos ſpeciem venimus, cui originem dedit odium atque offenſio: eam ſcilicet, quam recentiores *Satyram* vocant, veteres *Iambos*; propterea quòd illo metro uſus eſt, vituperator acerrimus, Archilochus,

Πατερ Λυκαμβα, τιοιον ἐφρασω τοδε;
Τις σας παρηειρε φρενας;

quem imitatus eſt in hendecaſyllabis Catullus,

Quænam te mala mens, miſelle Ruvide,
Agit præcipitem in meos iambos?

& in epodis Horatius; qui ipſam libri inſcriptionem ab Archilocho ſumpſit: nam Hephæſtion, de verſu dactylico tetrametro loquens, addit ᾧ πρωτος ἐχρησατο Αρχιλοχος ἐν Ἐπῳδοις. Iambis etiam uſus eſt Hipponax, ſed ut pondus quod-

Digitized by Google

dam iis accederet, primo epitrito trimetrum clauſit, ut

Ὡς οἱ μεν ἀγει Βεπαλῳ κατηρωντο.

Atqui, ut apertè dicam quod ſentio, valdè invitus in poetarum chorum *Satyricos*, ut vocantur, aſcribo. Nolo manſuetiorum Muſarum deſiderari benevolentiam. Quòd ſi ſcriptor iamborum ſine offenſione, ſine iracundiâ, ſine amaritudine ſcribat, & eò ſolùm tendat, ut lectorem caſtigando erudiat, non erit omninò reprehendendus. Sed tamen lenior quædam, ut arbitror, inveniri poteſt ac mitior caſtigatio. Nimiam enim ſeveritatem fugit animus ac repudiat; ſed lenocinio quodam ac manſuetudine allicitur & flectitur. Duci ad virtutem debent animi, non trahi; ſuaderi, non cogi; allici, non impelli. Cæterùm, utut ſe habeat res, non minùs in hac poeſi quàm in reliquis florent Aſiatici. Sunt vehementes, aſperæ, & amaræ Arabum, quas vidi, vituperationes; ſed cùm quâdam etiam ſententiarum elatione. Velut in libro de Antaræ & Ablæ amoribus; ubi hæc timidi cujuſdam legitur & fugacis militis vituperatio:

لحاك الله من رجل جبان
ولا اسقتك غادية تداها
ولا جاد السحاب ديار قوم
تحلّ بها ولا اخضرت رباها

Digitized by Google

لبست من المذلة يا ابن بدر
ثياباً لا تغير ما تلاها

" Eradicet te Deus, ignave miles;
" Nunquam te irrigent matutinæ nubis guttæ!
" Neu fundat pluviam nubes ſuper domicilia tribûs,
" Ubi tu commoraris, neu vireſcant eorum colles!
" Induiſti, O fili Bader, ignominiæ
" Pallium, nec te deſerent illam ſeeuturæ miſeriæ."

Hujus libri quartumdecimum ſolummodò volumen mihi videre contigit. Nihil eſt elegans, nihil magnificum, quod huic operi deeſſe putem. Ita ſanè excelſum eſt in eo dicendi genus, ita varium, ita periculoſum, ut non verear eum inter poemata perfectiſſima recenſere. Heros eximius, qui in eo laudatur, idem eſt ille *Antara*, qui carminum *Moallakat*, ut appellantur, quintum compoſuit*; fuit autem Abla regis filia formoſiſſima, quam perditè amaviſſe dicitur. In iſtius voluminis, quod legi, primo folio, ſatyra eſt admirabilis, quam ceciniſſe dicuntur Ablæ ancillæ in vituperium Amári, qui etiam illam amavit. Carmen integrum apponam:

* Vide Caput Tertium, pag. 64.

Digitized by Google

Sed ad heroum laudes veniamus. Celebrare igitur res præclarè geſtas, ac virorum fortium virtutes, antiqua fuit Arabibus conſuetudo. Neque eſt ullum poeſeos genus utilius: nihil eſt enim præſtabilius quàm animum ad virtutes impellere atque incendere; nihil porrò ad eum finem conſequendum efficacius, quàm ea proferre exempla, quæ lector admiretur, & ſibi imitanda proponat. Hujuſmodi carminibus conſtat libri *Hamaſa* caput ſextum; aliaque innumera ſunt laudationum exempla. Et quis non miro virtutis amore incenditur, cùm eam ab *Ibn Onein* ita ſuaviter laudatam videat:

بين الملوك السايبن وبينه
في الفضل ما بين الثرايا والثري
وبكل ارض جهة من عدله
الصافي اسال نداه فيها كوثرا
عدل يحلم الذيب منه عكي الطوي
غرثان وهو يري الغزال الاعفرا
يعفو عن الذنب العظيم تكرماً
ويصدّ عن قول الخنا متكبرا
لا تسمعن حديث ملك غيره
يروي فكل الصيد في جوف الغرا

" Inter reges alios omnes, atque illum (Almelec Al Adil)
" In excellentiâ, tantum intereſt, quantum inter Pleiadas & terram.

Digitized by Google

" In omni terræ parte floret ejus juſtitia
" Pura, & fluit ros ejus in eâ (liberalitas) modo fluvii cœleſtis *Cuthar:*
" Juſtitia, à quâ manſuetus fit lupus fame aſtrictus,
" Eſuriens, licèt hinnuleum candidum videat.
" Ignoſcit culpis graviſſimis benevolè,
" At à verbis turpibus cum indignatione ſe avertit.
" Narrationem de rege præter eum ne audias,
" Omnis enim præda eſt in ventre onagri."

hoc eſt, *omnes virtutes ille ſolus complectitur.*

Similiter *Ferduſi* de rege Perſarum, priuſquàm ab illo laceſſitus eſſet injuriis:

جهاندار محمود شاه بزرك
بآبش خور آرد همي ميش وكرك
زكشمير تا پيش درياي چين
برو شهرياران كنند آفرين
چو كودك لب از شير مادر شست
بكهواره محمود كويد نخست
ببزم اندرون آسمان سخاست
برزم اندرون شير جنك اژدهاست
زفرّش جهان شد چو باغ بهار
هوا پر زآب وزمين پر نكار
ز ابر اندر آمد به هنكام نم
جهان شد بكردار باغ ارم

Digitized by Google

" Rerum dominus, *Mahmud*, rex potens,
" Ad cujus aquam potum veniunt simul agnus & lupus:
" A Çashmirâ usque ad Sinensem oceanum
" Reges illius laudes iterant.
" Cùm infans labium matris lacte lavat
" In cunis, nomen *Mahmudi* illicò profert.
" In convivio cœlum est liberalitatis,
" In prælio, belli leo est, imò draco:
" Ab ejus magnificentiâ orbis terrarum verno horto similis est,
" Aër pluviâ plenus est, & terra ornamentis plena:
" A nubibus debito tempore cadit ros,
" Et terræ orbis *Iremi* hortulos refert."

Idem poeta *Ebn Onein* regis *Alâdel* filios pari venustate laudat:

وله البنون بكل ارض منهم
ملك يقود الي الاعادي عسكرا
من كل وضاح الجبين تخاله بدراً
وان شهد الوغي فغضنفرا
قوم ذكوا اصلا وطيبوا محتدًا
وتدفقوا جودا وراقوا منظرا
متقدم حتي اذا النقع انجلي
بالبيض عن سبي الحريم تاخرا
وتعاف خيلهم الورود بمنهل
ما لم يكن بدم الوقايع اصحرا
يغشوا الي نار الوغي شغفاً منه
ويجل ان يغشوا الي نار القري

Digitized by Google

" Sunt ei filii, ex quibus in unâquaque regione
" Rex eſt, qui in hoſtes exercitum ducat;
" Ex omnibus (adoleſcentibus) frontes habentibus nitidas,
illum eſſe putares lunam,
" At cùm in prælium irruit, tum ſcilicet leonem:
" Homines ingenuum habentes ortum, egregiam indolem,
" Copiosè fluentem liberalitatem, & formoſos vultûs.
" Irruunt, cùm eluceat aliqua utilitas
" Ex enſibus, ſed à ſacris rebus rapiendis abſtinent.
" Faſtidiunt equi eorum aquæ potum,
" Quæ hoſtium ſanguine non tingatur.
" Extinguunt belli ignem, ingenti ejus amore capti,
" Sed longè abeſt, ut hoſpitalitatis ignem extinguant."

Nobiliſſima ſunt in hoc genere *Abi'l Ola* carmina, cujus exultans & quaſi vibrans ingenium videtur *Pindari* fuiſſe ſimillimum. Primum illius in laudem principis *Said* carmen harum literarum cultoribus non minorem affert delectationem, quàm Græcæ poeſeos amatoribus primum & quartum *Pythium*. Hujus elatiſſimi poematis illuſtriores quaſdam virtutes exponam. Seipſum initiò alloqui videtur, & ſententiarum ſeriem de vanis animæ humanæ cogitationibus fundit. Mox de ſuâ peregrinatione loquitur; mulieres quaſdam inducit de causâ itineris percontantes: " Reſpondimus, inquit, *Saidum pe-* " *timus*; & fuit illis nomen principis fauſto " omini;"

سالن فقلنا مقصدنا بسعيد
فكان اسم الامير لهن فالا

Said enim *fortunatum* ſignificat,

Digitized by Google

Tum, ad principis laudationem facili aperto aditu, in elatam animi exultantiam erumpit, & in hos magnificos versûs ſeſe effundit:

مكلف خيله قنص الاعادي
وجاعل غابه الاسل الطوالا
تكاد قسيه من غير رام
تمكن في قلوبهم النبالا
تكاد سيوفه من غير سل
تجذّ الي رقابهم انسلالا
تكاد سوابق حملته تغني
عن الاقدار صوناً وابتذالا

" Impellit equitum turmas ad hoſtium venationem,
" Et, tanquam ſylvam, haſtas proceras erigit.
" Parum abeſt, quin arcûs ejus nondum flexi
" In illorum cordibus ſagittas figant.
" Parum abeſt, quin enſes ejus non diſtricti
" Ad illorum colla properanter accedant.
" Parum abeſt, quin equi celeres ſine regimine,
" Quo ſe reprimant, aut effundant, illum vehant."

Deinde bella principis, tanquam venatoris potentiſſimi, deſcribit. Hinc ad amores ſuos, more *Arabico*, tranſit; & amicam ſub juvencæ imagine adumbrat. Tempeſtatem deſcribit ac fulgura; morales quaſdam ſententias, ut Pindarus ſolet, intexit. Hinc occaſionem ſumit in

Digitized by Google

tribum *Badia* invehendi, quos inhoſpitalitatis inſimulat; iiſque *Saîdi* liberalitatem tanquam exemplum proponit: cujus fortitudinem ac potentiam mirificis coloribus pingit. Mox equum principis ob celeritatem ac nobilitatem, *Græcorum* more, collaudat, & poſt nobilem gladii *Proſopopœiam*, variaſque laudationes, poema claudit. Quàm ſublimis eſt hæc enſis deſcriptio, quàm audax, quàm magnifica!

محلي البزد تحسبه تزدي
نجوم الليل وانتعل الهلالا
مقيم النصل في طرفي نقيض
يكون تباين منه اشتكالا
تبين فوقه ضحضاح مآء
وتبصر فيه للنار اشتعالا
غراراه لسانا مشرفي
يقول غرايب الموت ارتجالا
اذا بصر الامير وقد نضاه
باعلي الجو ظنّ عليه آلا
ودبّت فوقه حمر المنايا
ولكن بعد ما مسخت نهالا

" Ornatur vaginâ, quam veſtitam putes
" Aſtris nocturnis, & calceatam lunâ:

Digitized by Google

" Facies erecta mucronis, meo aſpectu, diſcrepantiam quandam habet,
" Ita tamen ut in illâ quædam ſit ſimilitudo;
" Fulget enim ſuper eâ aquæ ſplendor,
" At vides in eâdem ignis ſcintillas.
" Duæ ejus acies duæ ſunt linguæ in Moſhref politæ,
" Quæ terribilem Mortis orationem fundunt ex tempore.
" Cùm circumſpiciat princeps, eumque enſem educat
" In altum aëra, putat in eo ſplendore aquæ nitorem;
" Et repunt ſuper illo purpureæ mortes,
" Poſteaquàm in formicas mutatæ fuerint."

Sanguinis guttulas lento motu per gladium defluentes cum formicis comparat. Illâ autem figurâ, " *repunt ſuper illo purpureæ mortes*," nihil eſſe poteſt conceptu difficilius, nihil incertius aut magis terribile, & ob eam ipſam cauſam, ut anteà ſtatuimus, nihil elatius.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

SIVE

De Vituperatione.

AD eam poeſeos ſpeciem venimus, cui originem dedit odium atque offenſio: eam ſcilicet, quam recentiores *Satyram* vocant, veteres *Iambos*; propterea quòd illo metro uſus eſt, vituperator acerrimus, Archilochus,

Πατερ Λυκαμβα, τιοιον ἐφρασω τοδε;
Τις σας παρηειρε φρενας;

quem imitatus eſt in hendecaſyllabis Catullus,

Quænam te mala mens, miſelle Ruvide,
Agit præcipitem in meos iambos?

& in epodis Horatius; qui ipſam libri inſcriptionem ab Archilocho ſumpſit: nam Hephæſtion, de verſu dactylico tetrametro loquens, addit ᾧ πρωτος ἐχρησατο Ἀρχιλοχος ἐν Ἐπωδοις. Iambis etiam uſus eſt Hipponax, ſed ut pondus quod-

Digitized by Google

dam iis accederet, primo epitrito trimetrum clauſit, ut

Ὡς οἱ μεν ἀγει Βπαλῳ κατηρωντο.

Atqui, ut apertè dicam quod ſentio, valdè invitus in poetarum chorum *Satyricos*, ut vocantur, aſcribo. Nolo manſuetiorum Muſarum deſiderari benevolentiam. Quòd ſi ſcriptor iamborum ſine offenſione, ſine iracundiâ, ſine amaritudine ſcribat, & eò ſolùm tendat, ut lectorem caſtigando erudiat, non erit omninò reprehendendus. Sed tamen lenior quædam, ut arbitror, inveniri poteſt ac mitior caſtigatio. Nimiam enim ſeveritatem fugit animus ac repudiat; ſed lenocinio quodam ac manſuetudine allicitur & flectitur. Duci ad virtutem debent animi, non trahi; ſuaderi, non cogi; allici, non impelli. Cæterùm, utut ſe habeat res, non minùs in hac poeſi quàm in reliquis florent Aſiatici. Sunt vehementes, aſperæ, & amaræ Arabum, quas vidi, vituperationes; ſed cùm quâdam etiam ſententiarum elatione. Velut in libro de Antaræ & Ablæ amoribus; ubi hæc timidi cujuſdam legitur & fugacis militis vituperatio:

لحاك الله من رجل جبان
ولا اسقتك غادية تداها
ولا جاد السحاب ديار قوم
تحلّ بها ولا اخضرت رباها

Digitized by Google

لبست من المذلة يا ابن بدر
ثياباً لا تغير ما تلاها

" Eradicet te Deus, ignave miles;
" Nunquam te irrigent matutinæ nubis guttæ!
" Neu fundat pluviam nubes ſuper domicilia tribûs,
" Ubi tu commoraris, neu vireſcant eorum colles!
" Induiſti, O fili Bader, ignominiæ
" Pallium, nec te deſerent illam ſeeuturæ miſeriæ."

Hujus libri quartumdecimum ſolummodò volumen mihi videre contigit. Nihil eſt elegans, nihil magnificum, quod huic operi deeſſe putem. Ita ſanè excelſum eſt in eo dicendi genus, ita varium, ita periculoſum, ut non verear eum inter poemata perfectiſſima recenſere. Heros eximius, qui in eo laudatur, idem eſt ille *Antara*, qui carminum *Moallakat*, ut appellantur, quintum compoſuit*; fuit autem Abla regis filia formoſiſſima, quam perditè amaviſſe dicitur. In iſtius voluminis, quod legi, primo folio, ſatyra eſt admirabilis, quam ceciniſſe dicuntur Ablæ ancillæ in vituperium Amári, qui etiam illam amavit. Carmen integrum apponam:

* Vide Caput Tertium, pag. 64.

Digitized by Google

عمارة دع هوي الخود الرداح
ودع عنك التعرض للملاح
فانك لم تكفّ يد الاعادي
ولم تك فارساً يوم الكفاح
فلا تطمع بعبلة ان ترأها
تري الاهوال من ليث البطاح
فلا البيض الصفاح تصل اليها
بسطوتها ولا السمر الرماح
وعبلة ظبية تصطاد اسداً
باجفان سقيمات صحاح
وقد فرغت راسك في هواها
واصليت النواحي بالنواح
فدع عنك اللجاج بها والا
سقا لك عنتر الموت الصحاح
وما زال اللجاج عليك حتي
مليت نقا ثيابك بالسلاح
وضحكت البنات عليك جمعاً
وجيفت الروابي والبطاح
وصرت لكل من يصغا حديثاً

Digitized by Google

وضحكاً في الغدو وفي الرواح
اتيت لنا باثواب حرير
ضحكن عليك واكثرن المزاح
ومذ وافيتنا وأتاك ليث
تقرّ له الاسود في البطاح
وما ابقا عليك الا احتقاراً
بقدرك اذ رجعت كهستراح
رأتك عبيلة مرما طريحاً
ومن معها من الخود الرداح
وعنترة الفوارس ليث غاب
يصول وفي العطا بحر السماح
ونحن كاننا زهر ذكيّ
بانفاس البنفسج والاقاح
وعبلة بيننا كقضيب بان
علاه البدر او شمس الصباح
وانت اذلّ من ركب المطايا
وابخلهم من القوم الشحاح
تروم وصالها بغياً وظلماً
وانت اذلّ من كلب النباح

فهت كهداً والا عش ذليلاً
قليس للغظ هجوي فيك ماح

" *Amârah*, mitte amorem puellarum mollium,
" Define autem te formosis virginibus objicere;
" Non enim repellis hostium manûs,
" Nec fortis es eques die certaminis:
" Neu cupias Ablam intueri;
" Videbis potiùs terrores à leone vallis,
" Neque enim ad eam accedent candidi enses,
" Cùm impetum faciunt, nec hastæ fuscæ;
" Abla verò est capreola, quæ leonem venatur
" (Ciliis) oculis languidis, sed integris.
" At tu amori ejus strenuè incumbis,
" Et imples omnia loca querelis.
" Define ideò illam importunè petere, fin minùs,
" Irrigat te Antara mortis poculo.
" At non cessâsti eam petere, donec
" Texisti vestes tuas nitidas armis.
" Te verò irrident puellæ certatim,
" Ut in colliculis & vallibus Echo respondeat;
" Et factus es unicuique auscultanti fabula,
" Et ludibrium cùm mane tum vesperi.
" Venis ad nos chlamyde vestitus, sed
" Illæ te irrident, & lusûs augent.
" Et cùm accesseris iterum, veniet ad te leo,
" Quem timent leones in vallibus:
" Hic nihil tibi relinquet, præter odium,
" Pro potestate tuâ, cùm redibis contemptus.
" Videbit te pulchra Abla, projectum, humilem,
" Et quæ erunt cum illâ puellæ venustæ,
" *Antara* enim, heros heroüm, leo est sylvæ,
" Dum furit, at liberalitate mare superat.
" Nos autem pulchris floribus sumus similes,

Digitized by Google

" Odorem habentes violarum & parthenii;
" Et Abla inter nos, tanquam myrobalani ramulus,
" Quem coronat luna, aut ſol matutinus.
" Tu verò abjectiſſimus es omnium qui equos aſcendunt,
" Et inter avaros longè avariſſimus:
" Cupis ad eam injuſtè & impudenter accedere,
" Tu, qui vilior es cane latranti.
" Morere igitur ob triſtitiam: ſin minùs, vive abjectus;
" Atqui nemo eſt, qui vituperationis meæ voces delebit."

Hujuſmodi carminibus, iiſque amariſſimis, conſtant tria libri *Hamaſa* capita, quorum unum *ignaviæ ac pigritiæ*, alterum *mulierum* quarundam, tertium variorum *hominum* vituperationes complectitur. Magnam habet in hoc genere vim & acerbitatem *Gezirus*; ſed, ut Plautinis utar verbis,

——felle eſt fœcundiſſimus,
Guſtu dat dulce, amarum ad ſatietatem uſque aggerit.

Sunt autem Turcico ſermone ſcriptæ, poetæ elegantis Ruhi Bagdadi, ſatyræ, ut à viro harum literarum peritiſſimo accepi; nam eas nondum videre potui. Nullum vidi librum Perſicum, qui his carminibus unicè conſtaret, ſed in Ferduſii vitâ citatur poema, quod in regem Perſarum *Mahmud*, filium *Sebectighin*, compoſuit. Illum enim rex juſſerat poema heroicum ſcribere, munera pollicitus uberrima. Triginta igitur annos laboravit poeta, opuſque perlongum, & in omni genere perfectiſſimum, con-

Digitized by Google

texuit; quod cùm perfeciſſet, ad regem miſit, non ſine ampliſſimi muneris expectatione. Rex verò, delatorum quorundam obtrectationibus deceptus, fidem ſervare noluit. Cùm igitur poeta aliquantulùm expectaviſſet, neque ullum accepiſſet laboris fructum, in eo templi loco, quo regem ſeſſurum cognoverit, hoc epigramma exaravit:

خجسته در که محمود زابلي دریاست
چکونه دریا کانرا کرانه پیدا نیست
چه غوطها که زدم اندر ان ندیدم درّ
کناه بخت منست این کناه دریا نیست

" Felix, cui *Mahmud Zabeli* mare eſt liberali-
" tatis, uſque adeò ut nullum in eo littus ap-
" pareat! utcunque verò in eo ſim immerſus,
" margaritam non vidi; ſed fortunæ meæ
" culpa eſt, non maris."

Hoc perlecto, rex exiguum quoddam & vile munus, potiùs contemtionis causâ quàm beneficentiæ, ad poetam miſit; quâ injuriâ laceſſitus *Ferduſi* iracundiam compeſcere non potuit. Scripſit ideò acerbiſſimum poema, quod regis ſervulo cuidam tradidit obſignatum, obnixè rogans, ut illud, ſi quando regem viderit mœſtiorem, daret ei legendum. Quo facto, ex urbe effugit, ad Bagdadum iter facturus. Intercà rex

Digitized by Google

libellum designat, & legit vehementissimum sui vituperium, cujus loca quædam insigniora hoc in capite proferam.

کرم بین بنزدیک شاه فقیر
بکوي وزگفتار حق وامگیر
نه نیکو بود حق نهان داشتن
بخاشاک ایهان بر انباشتن
بشیري به از شهریار چنین
که نه کیش دارد نه آیین نه دین
خرد نیست مر شاه محمودرا
که بینم دلش مانع جودرا
پرستار زاده نیاید بکار
اگر چند باشد پدر شهریار
سر ناسزایان بر افراشتن
بود خاک در دیده انباشتن
سر رشتهٔ خویش کم کردن است
بجیب اندرون مارپروردن است
درختي که تلخ است اورا سرشت
گرش در نشاني بباغ بهشت
گر از جوي خلدش بهنگام آب
به بیخ انگبین ریزي وشهد ناب

Digitized by Google

سرانجام کوهر بکار آورد
همان میوهٔ تلخ بار آورد
وکر بیضهٔ زاغ ظالمت سرشت
نهي زیر طاوس باغ بهشت
بهنکام آن بیضه پروردنش
زانجیر جنّت دهي ارزنش
دهي آبش از چشمهٔ سلسبیل
دران بیضه دم دردهد جبرییل
همان آورد بیضهٔ زاغ زاغ
برد رنج بیهوده طاوس باغ
وکر افعي‌را زراهش دهي
میان کل آرامکاهش دهي
بکامش اکر رشتهٔ جان کني
وکر شربتش زآب حیوان کني
نکردد بدین ترتیب یار تو
کند عاقبت زهر در کار تو
وکر بچهٔ جغد را باغبان
زویرانه آرد سوي بوستان
نشیمن کند شب نهال کلش
سحرکه دهد جلوه بر سنبلش

چو روزي پروبال پيدا كند
همان كنج ويرانه ماوي كند
حديث پيمبر نكشتست رد
شود هر شيء راجع اصل خود
بعنبر فروشان اكر بكذري
شود جامهٔ تو همه عنبري
وكر بكذري نزد انكشت كر
ازو جز سياهي نه يابي دكر
زبد كوهران بد نباشد عجب
سياهي نشايد بريدن زشب
به ناپاك زاده نداريد اميد
كه زنكي به شستن نكردد سپيد
جهاندارا كر پاك ونامي بدي
درين راه دانش كرامي بدي
شنيدي چو زينكونه راي سخن
زآيين شاهان ورسم كهن
نكشتي چنين روزكارم تباه
دكر كونه كردي بكارم نكاه
ايا شاه محمود كشور كشاي
زمين كر نترسي بترس ازخداي

Digitized by Google

خزیدي چرا خاطر تیز من
نترسیدي از تیغ خون‌ریز من

" Liberalitatem vide regis iſtius indigi!
" Eloquitor; & à verbis veritatis munus debitum pete.
" Non probum eſt veritatem celare,
" Et fidem abjectis ſordibus ſpargere.
" Res quævis viliſſima melior eſt tali rege,
" Qui nec pietatem, nec mores, nec religionem habeat;
" Intellectus non eſt regi Mahmud,
" Video enim animam ejus à beneficentiâ averſam.
" * Servi filius ad opus ingenuum nequit perduci,
" Licèt pater ſit multorum principum;
" Caput improborum hominum efferre,
" Perinde eſt ac pulvere oculos aſpergere;
" Aut ſuum filum incurvare,
" Aut colubrum in ſinu alere.
" Arborem, quæ eſt naturâ amara,
" Si in hortum paradiſi transferas;
" Si à ripâ æternitatis, aquationis tempore,
" Radicem ejus melle ſpargas, & puris favis
" Naturam ſuam poſtremò oſtendet,
" Et fructûs omninò afferet acerbos.
" Quòd ſi ovum cornicis, ex tenebris formatæ,
" Ponas ſub pavone horti cœleſtis,
" Et tunc, cùm ex ovo prodeat pullus,
" Si præbeas illi grana ficûs divinæ,
" Si des illi aquam ex fonte Salſebil,
" Si demùm ovum halitu ſuo afflet Gabriel,
" Tamen cornicis ovum cornicem proferet,
" Et irritum faciet pavonis cœleſtis laborem.

* Fuit Sebectighin, Mahmudi pater, ſervus *Alpteghini*, qui, ſub regno *Nuhi Samani*, exercitui Perſico præfuit.

Digitized by Google

" Quòd ſi viperam de viâ capias,
" Et inter roſas eam facias requieſcere,
" Si agas quodcunque animæ ejus placeat,
" Si potum ei ex immortalitatis fonte præbeas,
" Non erit propter hanc curam amica tibi,
" Sed veneno te tandem afflabit.
" Quòd ſi noctuæ pullum capiat horti cuſtos,
" Et à ſolitudine in hortum ferat,
" Sedemque ejus noctu faciat roſæ fruticem,
" Et manè torum ejus reddat hyacinthum,
" Simul ac dies pennas ſuas explicaverit,
" In ſolitudinis angulum avolabit.
" Non inane redditur Vatis noſtri dictum,
" Unamquamque rem ad ſuam naturam redire.
" Si per officinam ambari venditorum tranſeas,
" Ambari odorem veſtis tua retinebit.
" Si tranſeas per fabriferrarii officinam,
" Præter nigrorem nihil reperies.
" Mirum non eſt, à pravis ingeniis prodire pravitatem:
" Noctis nigredinem non licet exſecare.
" A viri improbi filio nihil probi ſperate,
" Nam Æthiops lavatu non fit candidior.
" O rerum omnium dominator, ſi purâ fuiſſes indole,
" In illâ doctrinæ viâ eſſes liberalis,
" Audires ejuſmodi eſſe poeſeös dignitatem,
" Secundum regum mores, vetereſque conſuetudines;
" Non ita fortunas meas corrumperes,
" Alio modo opus meum aſpiceres.
" O, rex Mahmud, arcium expugnator,
" Si me non timeas, at Deum time.
" Quare acre meum ingenium excitâſti?
" Annon gladium meum ſanguineum metuis?"

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

الصفات

SIVE

De Deſcriptionibus.

RELIQUUM eſt, ut de naturæ deſcriptionibus loquar; quo in genere, cùm omnes venuſtiores poetæ, tum præcipuè florent Aſiatici. Picturam ac poeſin quaſi ſorores eſſe perſpicuum eſt; & mirum eſt quantum ſe mutuò juvent atque illuſtrent.

Notum eſt Timanthem, cùm Iphigeniæ immolationem pingeret, & Græcos aſtantes mœſtiſſimos feciſſet, Agamemnonis faciem pallio obvolviſſe; propterea quòd incredibilem patris dolorem nullis coloribus poſſet imitari. Quod inſigne artificium ex verſibus illis Euripideis videtur ſumpſiſſe,

——ὡς δ' ἐσειδεν Ἀγαμεμνων ἀναξ
Ἐπὶ σφαγην ςειχουσαν εἰς ἁλσω κορην,
Ὑπεςεναξε, κἀμπαλιν ςρεψας καρα
Δακρυα προηγεν, ὀμματων πεπλον προθεις.

Cujus rei alia ſunt exempla quamplurima.

Digitized by Google

Sed in reliquis poematum generibus modica est inter pictores ac poetas cognatio, in hac, de quâ nunc loquor, sunt valdè finitimi; nam poeta, cùm naturæ proprietates describat, lectissimam quasi picturam ante oculos lectoris ponit: cujus rei exempla quædam subjiciam. Quòd si omnes rerum naturalium descriptiones, quarum ex variis poetis satis amplam comparavi supellectilem, hoc loco velim exponere, absurdè sanè faciam, & contra instituti mei rationem. Sed nequeo à me impetrare, quin unam atque alteram ex Græcis quibusdam scriptoribus descriptionem apponam; eòque libentiùs quòd rariores sint, & admodum pulchræ.

Quàm jucunda est pictura, quâ nympharum lusûs in Oeneo describit * *Chæremon*, tragicorum longè venustissimus!

Ἐκειτο γαρ ἡ μεν λευκον εἰς σελήνοφως
Φαινουσα μασον, λελυμενης ἐπωμιδος,
Της δ' αὐ χορεια λαγονα την ἀριστεραν
Ἔλυσε· γυμνης δ' αἰθερος θεαμασιν
Ζωσαν γραφην ἐφαινε· χρωμα δ' ὀμμασι
Λευκον μελαινας ἐργον ἀνταυγει σκιας·
Ἀλλη δ' ἐγυμνα καλλιχειρας ὠλενας,
Ἀλλη προσαμπεχουσα θηλυν αὐχενα.
Ἡ δ' ἐκραγεντων χλαιδων ὑπο πτιχας
Ἐφαινε μηρον, κἀξεπεσφραγιζετο
Ὡρας γελωσης χωρις ἐλπιδων ἱρως.
Ὑπτιωμεναι δ' ἐπιπλον ἐλενιων ἐπι,

* Vide Athenæum, Lib. xiii.

Digitized by Google

Ἴων τε μελανοφυλλα συσκιωσαι πτερα,
Κροκον θ' ὁς ἡλιωδες εις ὑφασματα
* Πεπλων ιεις εἰδωλον ἐξομαργνυται.

Quos versûs eleganter, ut ſemper, convertit *Grotius*, eam ſibi vindicans in trimetris licentiam, quam Nævius, Accius, & veteres tragici ſumpſerunt:

Alia jacebat candidas papillulas
Oſtendens lunæ, retrojecto pallio:
Alii chorea lævum nudârat latus,
Nudum ſideribus exhibens ſpectaculum,
Viventem effigiem. Lacteus viſu color
Contra certabat umbris nigricantibus:
Monſtrabat ulnas alia, & formoſas manûs:
Alia obtegebat tenera colli volumina:
Alia diſrupto tenuis interulæ ſinu
Femur oſtendebat; arridente gratiâ
Mihi ſe imprimebat, ſpem non adducens, Amor.
Et jam volvuntur lapſabundæ per inulas,
Jam nigricolores violas populantes legunt,
Crocique florem, qui purpureis ſupparis
Injectus rutilum ſolis imitatur jubar.

Idem in *Alpheſibæâ* humanam pulchritudinem deſcribit pulcherrimè:

Και σωματος μεν ὀψις ἐξευγαζετο
Στιλβουσα λευκῳ χρωματι διαπρεπης,

* Duo, qui ſequuntur, versûs,
Περσης δε θαλερος εὐτραφεις ἀμαρακῳ
Δειμωσι μαλακοις ἐξετεινεν αὐχενα,
ad hanc Nympharum deſcriptionem pertinere non arbitror; ſed ad illam, de quâ loquitur Athenæus, cùm dicit *Chæremona* in deſcribendis floribus multum eſſe & copioſum.

Digitized by Google

Αἰδως δ' ἐπερρυθμιζεν ἠπιωτατον
Ἐρυθημα λαμπρῳ προςιθεισα χρωματε
Κομαι δε κηροχρωτες, ὡς ἀγαλματος,
Αὐτοισι βοςρυχοισιν ἐκπεπλασμενοι,
Ξυθοισιν ἀνεμοις ἐνετρυφων φορυμενοι.

Nec omittendi ſunt hoc loco versûs, quibus Venerem & Nymphas deſcribit auctor poematis, quod Κυπρια inſcribitur, ſive *Staſimus*, ſive, ut Tzetzes putat, ipſe Homerus:

Ἡ δε συν ἀμφιπολοισι φιλομμειδης Ἀφροδιτη
Πλεξαμενη ςεφανυς εὐωδεας, ἀνθεα γαιης
Ἀν' κεφαλαισιν ἐθεντο θεαι λιπαροκρηδεμνοι
Νυμφαι και Χαριτες, ἁμα δε χρυσῃ Ἀφροδιτῃ
Καλον ἀειδυσαι κατ' ὀρος πολυπιδακυ Ἰδης.

Nec versûs illi de Cupidine dormiente (ex longiori, forſan, poemate libati) qui Platoni aſcribuntur:

Ἀλσος δ' ὡς ἱκομεσθα βαθυσκιον, εὑρομεν ἐνδον
Πορφυρεοις μηλοισιν ἐοικοτα, παιδα Κυθηρης.
Οὐ δ' ἐχεν ἰοδοκον φαρετρην, ὐ καμπυλα τοξα,
Ἀλλα τα μεν δενδρεσσιν ὑπ' εὐπεταλοισι κρεμαντο.
Λυτος δ' ἐν καλυκεσσι ῥοδων, πεπεδημενος ὑπνῳ,
Εὑδεν μειδιοων, ξυθαι δ' ἐφυπερθε μελισσαι
Κηροχυτοις ἐντος λαγαροις ἐπι χειλεσι βαινον.

Nihil eſſe poteſt his verſibus jucundius aut modulatius; & vellem profectò plura ſupereſſent Platonis carmina. Certè valdè poeticum illi fuiſſe ingenium paucæ, quæ ſuperſunt, relliquiæ teſtantur; & Socrati ſubiraſcor, qui diſcipulum ſuaderet à manſuetioribus Muſis ad philoſophiæ ſpatia declinare. Sed omnes deſcriptionum ve-

Digitized by Google

nuſtates complectitur εἰδυλλιον in primo Anthologiæ libro, quò vix quidquam inveniri poteſt luculentius:

Χειματος ἡνεμοεντος ἀπ' αἰθερος οἰχομενοιο,
Πορφυρεη μειδησε φερανθεος εἰαρος ὡρη.
Γαια δε κυανεη χλοερην ἐσεψατο ποιην,
Και φυτα θηλησαντα νεοις ἐκομισσε πετηλοις.
Οἱ δ' ἀπαλην πινοντες ἀεξιφυτα δροσον ἠος
Λειμωνες, χελωσιν ἀνοιγομενοιο ῥοδοιο.
Χαιρει και συριγξι νομευς ἐν ὀρεσσι λιγαινων,
Και πολιοις ἐριφοις ἐπιτερπεται αἰπολος αἰγων.
Ἠδη δε πλωουσιν ἐπ' εὐρεα κυματα ναυται,
Πνοιῃ ἀπημαντῳ ζεφυρου λινα κολπωσαντος.
Ἠδη δ' εὐαζουσι φορεσαφυλῳ Διονυσῳ
Ἀνθεϊ βοτρυοεντος ἐρεψαμενοι τριχα κισσῳ.
Ἐργα δε τεχνηεντα βοηγενεεσσι μελισσαις
Καλα μελει, και σιμβλῳ ἐφημεναι ἐργαζονται.
Λευκα πολυτρητοιο νεορρυτα καλλεα κηρου.
Παντῃ δ' ὀρνιθων γενεη λιγυφωνος ἀειδει,
Ἀλκυονες περι κυμα, χελιδονες ἀμφι μελαθρα,
Κυκνος ἐπ' ὀχθαισιν ποταμου, και ὑπ' ἀλσος ἀηδων.
Εἰ δε φυτων χαιρουσι κομαι, και γαια τεθηλε,
Συριζει δε νομευς, και τερπεται εὐκολα μηλα,
Και ναυται πλωουσι, Διωνυσος δε χορευει,
Και μελπει πετεηνα, και ᾠδινουσι μελισσαι,
Πως ὐ χρη και ἀοιδον ἐν εἰαρι καλον ἀεισαι.

Amant potiſſimùm *Aſiatici* hortorum, amœnitatum, ac florum, deſcriptiones, quas jucundiſſimis pingunt verborum coloribus. Velut in triceſimâ *Haririi* declamatione:

مسقط الراس سروج وبها كنت اموج *
بلدة يوجد فيها كل شي وبروج *

Digitized by Google

وردها سلسبيل وصحاريها مروج *
وبنوها ومغانيهم نجوم وبروج *
حبنا نفحة رياها ومراءها البهيج *
وازاهير رباءها حين تنجاب الثلوج *
من راءهاقال مرسي جنة الدنيا سروج *

" Natale ſolum eſt *Seruge*, in quo huc & illuc erravi,
" Regio, in quâ omnia reperiuntur & redundant.
" Vada ejus fontes cœleſtes ſunt, & campi jucunda prata,
" Ædificia & manſiones ejus ſunt ſtellæ & zodiaci ſigna,
" Amamus odoris ejus auram & conſpectum ſplendidum,
" Et flores collium ejus, cùm abierint nives;
" Quicunque hanc regionem videt, ait, *Seruge* paradiſi terreſtris locus eſt."

Et *Abu Dhaher Ben Al Khiruzi*,

روضة راضها الندي فغدت
لها من الزهر انجم زهر
ينشر فيها ايدي الربيع لنا
ثوبا من الوشي حالها القطر
كانها شقّ من شقايقها
علي رباءها مطارف خضر
ثم تبدّت كانها حدق
اجفانها من دمايها حمر

" Hortus, quem ornat ros, & in quo
" Splendent flores, tanquam ſtellæ lucidæ,

Digitized by Google

" Induit eum Veris manus
" Ornatam veſtem, roris guttulis perſperſam;
" Anemonæ ejus partim ſimiles ſunt,
" Super colles ejus, tunicis viridibus,
" Partim proveniunt ſimiles oculis,
" Quorum cilia flendo rubent.

Et *Mohammed Abdalla Al Dawi*,

اما شافيتك روضة دستجرد
كعقد او كوشي او كبرد
يطير فراشها بيضاء وحمراء
كريح طيّرت اوراق ورد

" Annon te exhilarat Deſtigerdi hortulus,
" Similis aut monili gemmeo, aut ſerico, aut pictæ chlamydi?
" Volitant in eo papiliones candidi & rubri,
" Ceu roſarum folia, quæ ventus diſpergit."

Et *Abu'l Haſſan Ali Ebno'l Huſſein* de valle amœniſſimâ, ipſe quoque in primis venuſtus;

اذا ذكر الحسان من الجنان
فحي هلا بوادي ماوشان *
تجد شعباً يشعب كل هم
وملهياً ملهيا عن كل شان *
بروض مونق وخرير ماء
الذ من المثالث والمثاني *

Digitized by Google

وتغريد الهزار علي ثمار
تراها كالعقيق وكالجمان *
فيا لك منزلا لو لا اشتياقي
اصيحابي بدرب الزعفران *

" Si quando mentio fiat de paradiſi amœnitatibus, heus tu,
" age! ad vallem *Mawaſhán* accede.
" Reperies vallem, quæ omnes mœleſtias diſperget, receſ-
" ſum, qui ab omni negotio te liberabit;
" Cum horto ſplendido, cum fontium murmure, dulciori
" lyræ & tibiæ notis;
" Ubi aviculæ modulantur inter fructûs, quos videbis py-
" ropis & margaritis ſimiles.
" O quàm dulcis eſſet hic receſſus, niſi me deſiderio affice-
" rent amiculi abſentes in *Darbizafrán!*"

Et poeta Turcicus,

روان هر چشمه‌سي چون آب حيوان
چراغ لاله هر جانب فروزان
نسيم صبح كل جيبين ايدوب چاك
صبا نرگس كوزين قالمشدي نهناك
اغاچ‌لر رقصه كرمشلر سبك خيز
شكوفه اوستنه اولمش درم ريز

" Unuſquiſque fons aquæ immortalitatis ſimilis manavit,
" Tulipæ lampas unumquodque latus illuminavit,
" Aura matutina laceravit roſæ ſinum,
" Zephyrus narciſſi oculos reddidit madidos,
" Arbores leviter ac celeriter ſaltant,
" Et ſuper flores nummos argenteos (rorem) ſpargunt."

Digitized by Google

Et alius,

حوالي‌سي سراسر كلستاندر
كلستان جابجا آب رواندر
اوتورمشلر رياحين دست بر دست
كلاهن كج رواتمش لاله مست
سزلمش نركسك چشم سياهي
ادر سزينه مستانه نكاهي

" Hujus loci ambitus uſquequaque roſetum eſt,
" Roſetum, in quo ubique vitæ fontes manant,
" Herbæ odoriferæ ſe invicem manibus amplexantur,
" Tulipæ languidæ curvatas gerunt coronas,
" Narciſſi niger oculus effulget,
" Qui vos intuetur ebriolo aſpectu."

Et *Dhafer Elhaddâd*,

وعيشة اهدت لعينك منظرا
جاء السرور به لقلبك وافدا
روض لمخضر العذار وجدول
نقشت عليه يد الشمال مبردا
والنخل كالغيد الحسان تزينت
ولبسن من اثمارهن قلايدا

" In hoc loco vita erit oculis tuis jucunda,
" Venit ibi ſenſim in pectus tuum lætitia,
" Hortus eſt viridi facie ornatus, & rivulis diſtinctus,
" Super quem gelidus ventus variam picturam induxit,

Digitized by Google

" Ac palmæ ceu puellæ, teneras habentes cervices, ornantur,
" Et fructuum ſuorum induunt monilia."

Sæpiſſimè etiam turtures gementes deſcribunt; ut *Abi'lola*,

وحمام العلاط يضيق فوها
بها في الصدر من صفة الغرام
تداعي مصعدا في الجيد حباً
تعال الطوق منها بانفصام

" Columba nigram habens torquem, cujus os ita anguſtum
" eſt, ut deſiderium, quod in pectore habet, enuntiare
" nequeat;
" Provocat ſpiritu altè ducto, collum pulſans, violentum
" amorem, uſque eò donec torques dolore ſubito rumpatur."

& poetæ quidem *Bagdadenſis*,

حميهات اراك الدوح ما انتن
يا ورق الا عنآ كالما نحتن
هذا وانتن ازواجاً فلو كنتن
مثلي فرادي وايم الله لم تحتن

" Turtures ſylvarum arboribus *Erac* conſitarum, nihil eſt
" vobis, dum plangitis, O columbæ, præter meram
" ſollicitudinem:
" Prætereà pares eſtis, quòd ſi fuiſſetis, ſicut ego ſum, ſo-
" litariæ, profectò non viveretis?"

Digitized by Google

Et alius,

ولقد القت علي الاراك حمامة
تبدي فنون النوح في الافنان
ساويتها لما تساوينا ضناء
كل ينوح علي غصون البان

" Vidi ſuper arborem *Erac* turturem,
" Qui varias querelas inter ramulos integrabat;
" Æqualis ei dolore fui, & ille mihi;
" Uterque noſtri de myrobalani ramis plorabat."

Et *Al Serage Al Warák* dulciſſimè,

وورقاء ارقني نوحها
لها مثل ما لي فواد صريع
تنوح واكتم سري ود-
-معي لسري لديها بديع
كاننا تقاسمنا للهوي
فمنها النواح ومني الدموع

" Turtur, cujus querelæ me inſomnem reddunt,
" Habet pectus, ſicut ego habeo, dolore affectum;
" Queritur; ut arcanum meum celo, ſed
" Lacrymæ ob arcanum recentes fluunt;
" Velut ſi amorem divideremus,
" Et illi eſſet planctus, mihi verò lacrymæ."

Et alter,

حمام الاراك الا فاخبرينا
لمن تندبين ومن تعولينا

Digitized by Google

فقد شقّت بالنوح منا القلوب
وابكيت بالندب منا العيونا
تعالي نقم ماوثها للهموم
ونعول اخواننا الظاعنينا
ونسعدكن وتسعدننا
قان الحزين يواسي الحزينا

" Turtures *Eraci* ſylvæ, amabo, nobis dicite
" Quem defleatis, & ob quem ploretis?
" Sanè nos quoque corda dolore ſcindimus,
" Et oculi noſtri ob mœſtitiam lacrymas fundunt.
" Deus iniquitatem curis puniit,
" Et ploramus ob amicorum diſceſſum.
" Vobis autem fauſta precamur, vos item nobis fauſta precari decet,
" Unuſquiſque enim mœſtus mœſtum ſolatur."

Sed maximam poeſi Aſiaticæ, ac præſertim amatoriæ, afferunt humanæ pulchritudinis (quâ nihil eſt à naturâ formatum pulchrius), deſcriptiones. Abunde nobis ex *Hafezi* carminibus exemplorum ſuppetit: ſed unam tantùm hoc loco apponam, de formoſæ adoleſcentulæ genâ, Oden omnibus numeris abſolutam.

بيا كه مي شنوم بوي جان از آن عارض
كه يافتم دل خودرا نشان از آن عارض

" Veni; ſentio enim ex illâ genâ odoris halitum *(vel* ſpem animæ),
" Inveni etiam notam cordi meo impreſſam ab illâ genâ.

Digitized by Google

معاني كه زحوران بشرح ميكويند
زحسن ولطف پرسي بيان از آن عارض

"Significationem, quæ nymphis cœleſtibus ab interpretibus tribuſtur,
"A dulci pulchritudine illius genæ percontator."

كرفته نافهٔ چين بوي مشك از آن كيسو
كلاب يافته بوي چنان از آن عارض

"Capit veſica hinnuli Sinenſis moſchi odorem ab illis crinibus,
"Aqua roſacea talem odorem ab illâ genâ recipit."

بكل بماند فرو سرو ناز از آن قامت
خجل شدست كل كلستان از آن عارض

"In terram demittitur cupreſſus laſciva ob illam ſtaturam,
"Pudore affecta ſedet roſa horti ob illam genam.

بشرم رفت كل ياسمين از آن اندام
بخون نشست دل ارغوان از آن عارض

"Verecundans abit flos jaſmini ob illud corpus,
"Sanguinem ſtillat cor floris purpurei (Argovan) ob illam genam."

بمهر روي تو خورشيد كشت غرق عرق
قرار كرد مه آسمان از آن عارض

"Ob ſplendorem vultûs tui ſol verecundiæ rore immergitur,
"Stat immota ob illam genam in cœlo luna."

Digitized by Google

زنظم دلکش حافظ چکید آب حیات
چنانچه خوي شده خون چکان از آن
عارض

"A dulcibus Hafezi numeris ſtillat immortalitatis aqua,
"Quemadmodum ob illam genam ſanguinem ſtillant ejus præcordia."

Caput libri *Hamaſa*, quod باب الصفات vocatur, tres continet deſcriptiones; primam, *camelorum*; quæ tamen ex epithetis propè conſtat; alteram, *ſerpentis*; tertiam, *nubium atque imbris*; quarum ultimam, utpote quæ ſit pernobilis, haud erit fortaſſe ineptum hîc ſubjicere.

قال مليحه الجرمّي
ارقت وطال الليل للبارق الومض
حبيّا سري مجتاب ارض الي ارض *
نشاوي من الادلاج كدري مزنه
يقضي بجدب الارض ما لم تكد يقضي *
تحنّ باجواز الغلا قطراته
كما حنّ نيب بعضهن الي بعض *
كان السهاريخ العلي من صبيره
شهاريخ من لبنان بالطول والعرض *
تباري الرياح الحضرميات مزنه

Digitized by Google

بمنهمر الارواق ذي قزع مرفض *
يغادر محض الماء ذو هو محصة
علي اثره ان كان للماء من محض *
يروي العروق الهامدات من البلي
من العرفج النجدي ذو باد والحمض *
وبات الحبي الجون ينهض مقدماً
كنهض المداني قيده الموعث النقض *

Dixit *Meliha Al Jarammi:*

" Insomnis fui, cùm protracta esset nox, ob nubem fulgurantem, splendidam; quæ transversè profecta est de regione in regionem nigricans;

Ob iter nocturnum ebria, obscura nubes, quæ terræ sterili id attulit (ubertatem scilicet) quod aliàs non esset consecuta:

Murmurabant nubium series, dum per desertum transibant, ut murmurant invicem cameli;

Velut si pars altior albæ nubeculæ vertex esset Libani (cui), & longitudine & latitudine (similis erat:)

Hæc nubila, venti ex *Hadramut* venientes dispersérunt, cùm pluviam tenuem, stillantem effuderint;

Reliquerunt post se aquam, quæ ita pura fuit, ut ex lacte mero formata videretur,

Irrigabant radices, arefactas siccitate temporis, spinosæ uniuscujusque & salsæ plantæ, quæ propè evanuerat;

Sic nubes atra progredi perseveravit, ut (camelus) sub onere curvatus, labore confectus, in loco arenoso difficilè incedit."

Digitized by Google

PARS QUINTA.

CAPUT XIX.

De variis Arabum, Perſarum, ac Turcarum Poetis.

ID quod de poetis, qui Λυρικοι à Græcis vocantur, dixit * Cicero, veriùs in Aſiaticos transferri poteſt: "Si mihi vitæ ſpatium duplicetur in "iis tantummodò percurrendis, non eſſe ſuffec-"turum." Hoc veriſſimum eſſe ſentiet is, qui viderit apud *Herbelotum* propè triginta auctorum nomina, qui de poetarum Arabicorum vitis & carminibus ſcripſerunt; inter quos recenſentur princeps illuſtris *Ebn Al Motezz Al Abaſſi*, & *Almanſur*, rex Hamæ, cujus opus decem volumina complecti dicitur; & ſcriptor illuſtris *Omadeddin Al Iſfahani*, qui hiſtoriam Saladini elatiſſimo dicendi genere compoſuit, librumque abſolutiſſimum de poetis Arabicis contexuit, *Kherida* خريدة ſeu *margarita*, inſcriptum. His

* Frag. apud Senecam in Epiſt.

Digitized by Google

addi poſſunt *Ebn Khacán*, qui copiosè de Arabum poetis ſcripſit, dicendi genere uſus politiſſimo, & cujus opus vocatur,

قلايد العقيان في محاسن الاعيان

Monilia aurea de excellentium poetarum ſuavitatibus: & *Thaalebi*, cujus liber يتيمة *Yatima* quidquid venuſti, quidquid elegantis, quidquid politi, quidquid etiam elati habeat poeſis Arabica, complectitur: volumina continet quattuor, capita autem quadraginta; in quibus copioſiſſimè diſſerit de vitis & operibus poetarum illuſtriorum, qui in Syriâ, Ægypto, Meſopotamiâ, Chaldæâ, Perſide, Arabiâ, Tartariâ, & regionibus Tranſoxanis floruerunt. Pulchrè hunc librum laudabat poeta imprimis elegans Ebn Kelâkes,

ابيات اشعار اليتيمة
ابكار افكار قديمة *
ماتوا فعيشت بعدهم
فلذلك سميت اليتيمة *

« Versûs horum carminum in Yatimâ
« Virgines erant, cogitationes antiquæ:
« Mortui ſunt poetæ, & vivunt poſt eos carmina,
« Et ob hanc rem vocatur liber *Yatima*."

Etenim voce يتيمة cùm *pupillus*, tum etiam *unio* ſignificatur.

Nec minus jucundum opus eſt الكميت

حليت seu *vini dulcedo*; auctore *Shehábeddin El Nawági.* Est hic liber Athenæi Δειπνοσοφισταις similimus, sed meâ quidem sententiâ jucundior, ornatior, copiosior. Viginti quinque partes complectitur, de vino, de floribus, de amore, de pulchritudine, de amœnitatibus Ægyptiis: quæ omnia variis ac venustissimis carminibus cùm veterum tum recentiorum Arabum describuntur. Scripsit aliud opus, quod inscribitur مراتع الغزلان sive *Prata hinnulorum*, & carmina complectitur amatoria è variis poetis libata. Idemque contexuit duo alia volumina, plena carminum venustiorum. De Anthologiis *Hudeilitarum*, *Bokhteri*, & *Abi Temam*, utpote notissimis, nihil necesse est hoc loco dicere.

Librum صفوات *Sefwat*, quem cum *Hamasa* comparat Herbelotus, nec ullibi citatum legi, nec in ullâ bibliothecâ vidi. Multa præterea de Arabum poetis continet opus permagnum *Hagi Khalfeh* seu *Catib Chelebi*, quod كشف الظنون appellatur, & in quo de Asiaticorum libris omnibus præclarè tractatum est; & liber admirabilis نهايات العرب وفنون الادب sive, *De Arabum eruditione*, cujus auctor fuit *Shehábo'ddin Al Noweiri.* Horum operum alia Parisiis, alia Leydæ, alia Oxonii, alia in reliquis Europæ bibliothecis servantur.

Porrò scriptoris politissimi *Ebni Khalican* opus,

Digitized by Google

hiſtoricum non magis verborum elegantiâ & ubertate commendatur, quàm illuſtriorum poetarum verſibus, quibus conſpergitur. Ac neſcio an hic omnibus vitarum ſcriptoribus ſit anteponendus. Eſt certè copioſior Nepote, elegantior Plutarcho, Laertio jucundior: & dignus eſt profectò liber, qui in omnes Europæ linguas converſus prodeat. Atqui Arabicorum poetarum infinitam multitudinem abundè probant duo illa opera, quorum unum ab *Hegiazio*, alterum à *Safadio* eſt compoſitum, & quorum hoc triginta volumina, illud quinquaginta complectitur.

Permulti ſunt de poetis Perſicis libri uberrimi, ſed omnibus præſtare videtur opus دولت شاه *Doulet Shah Samarcandi*, quod ſæpiſſimè citat Herbelotus. Quàm feliciter autem *Turcæ* poeticam coluerint, intelligi poteſt cùm ex *Lutufii* & reliquorum libris, tum ex opere illo ampliſſimo زبدة الاشعار inſcripto, quod novem poetarum *Turcarum* carmina complectitur, atque aliorum DXL continet flores diligentiſſimè & magno cum judicio delibatos.

Inter antiquos Arabum poetas celebriores fuerunt, ذو الرمة *Dhu'l Remma*, نابغة *Nabega*, مهلهل *Mohalhal*, متلمس *Motalammes*, الفرزدق *Ferazdak*, aliique, & in primis auctores ſeptem Idylliorum, quæ Moallakat vocitantur: ac de his quidem aliàs dictum eſt; illo-

Digitized by Google

rum autem carminibus, quæ mihi videre contigit, vix quidquam fingi poteſt delicatius, venuſtius, exquiſitius? Inter recentiores imprimis elegans eſt *Abu'l Caſſem*, cujus liber vocatur شذور الذهب *Auri particulæ*; neque immeritò: nihil enim eo aut jucundius eſſe poteſt, aut politius. Deſcriptionibus abundat lepidis & venuſtis, & dignus eſt ſanè de quo dicatur, id quod de fluvio *Teleboa* ſcripſit Xenophon,

Μεγας μεν ὑ, καλος δε.

Quàm eleganter hortum deſcribit:

فمن روضة غناء زخرف وشيها
ومن جدول تسعي بها سعي اسود
ومن اقحوان كالثغور مؤثر
ومن زهر مثل عبقري وعسجد

" Hortus autem fuit variis ornamentis diſtinctus,
" In quo tanquam ſerpentes currebant rivi,
" Et flores parthenii ſicut nitidi puellarum dentes,
" Aliique flores ſplendebant tanquam pictæ veſtes & aurum."

& imbrem:

اذا افترّ من جون الغمايم بارقه
بكي الودق من خبث الاناعم وادقه
بدمع كان الريح ينثر لؤلؤا
علي خدّ روض سندسي حدايقه

Digitized by Google

" Cùm renidet ex nigris nubibus (nubes) fulgurans,
" Flet imber, à campo beneficentiæ continuò ſtillans
" Lacrymas, velut ſi ventus margaritas ſpargeret
" Super genam hortuli pictâ chlamyde veſtiti."

Non minorem habet venuſtatem, & vim majorem, ابن الغارض *Ibno'l Faredh*, elegans ac floridus poeta, & cùm antiquioribus conferendus. Miram habet plerumque in carminum initiis gratiam ac pulchritudinem:

ارج النسيم سري من الزورآء
سحرا فاحيا ميت الاحيآء
اهدي لنا ارواح نجد عرفه
فالجوٴ منه معنبر الارجآء

" Odor Zephyri ex Alzaura provenit,
" Manè, in vitam autem mortuos revocat:
" Profert nobis auras; halitus ejus diffunditur,
" Et aër ab eo ambari odorem recipit."

Sed hujus poetæ, quem cum Ovidio conferre ſolemus, elegiam in tertio capite citavimus.

Si quis aliorum poetarum Arabum nomina videre cupiat, legat *Herbeloti*, imperfectum quidem, ſed jucundiſſimum atque eruditiſſimum opus. De Perſis tamen pauca differam: nam Turcicorum carminum duos tantummodò vidi libros. Alterum, opus perparvum variorum poetarum *Odas* amatorias continens: alterum,

Digitized by Google

codicem belliſſimè exaratum, & *Meſihii* carmina complexum. Centum & ſeptuaginta octo Odis conſtat, iiſque politiſſimis.

Perſicorum itaque poetarum poſt *Ferduſium*, *Hafezum*, & *Sadium* celeberrimus eſt *Gelaleddin Balkhi*, cujus perlongum opus, مثنوي *Meſnavi* nominatum, mirificâ ornatur doctrinæ copiâ ac varietate; verbis illuminatur elegantiſſimis; hiſtoriis porrò abundat lepidis, ſuavibus, venuſtis. Quàm vivida hæc eſt Amoris laudatio, & ob amicæ diſceſſum querela!

شاد باش اي عشق خوش سوداي ما
اي طبيب جمله علتهاي ما
اي دواي نخوت وناموس ما
اي تو افلاطون وجالينوس ما
چشم خاك از عشق بر افلاك شد
كوه در رقص آمد وچالاك شد
با لب دمساز خود كر جفتمي
همچو ني من گفتيها گفتمي
هر كه او از همزباني شد جدا
بي زبان شد گرچه دارد صد نوا
چونكه گل رفت وگلستان درگذشت
نشنوي زان پس زبلبل سرگذشت
من چه گونه هوش دارم پيش وپس

Digitized by Google

چون نباشد نور یارم پیش وپس
کر نباشد عاشق را پرواي او
لو چو مرغي ماند بي پرواي او

" Salve, Amor; tu, qui nos ſuaviter incendis,
" O tu, qui omnes noſtros morbos ſanas;
" O remedium, auxilium, & præſidium noſtrum,
" O tu Plato noſter es, tu Galenus.
" Oculus terreſtris propter amorem in cœlo eſt,
" (Ob amorem) colles ſaltantes veniunt, & celeriter incedunt.
" Labio amicæ meæ ſi adhærere poſſem,
" Inſtar argutæ arundinis voces ederem.
" Quicunque à ſodali ſuo decedit,
" Is elinguis eſt, licèt centum habeat voces.
" Cùm abiit roſa, & defloruit roſetum,
" Non ampliùs luſciniæ narrationem audis:
" Equidem pariter quomodo prudentiam uſquequaque habeam,
" Dum lux amicæ uſquequaque non effulget.
" Quòd ſi amatori non ſit videndi amicam poteſtas,
" Avi ſimilis eſt, quæ libertate caret."

Nec verò his ſolis inter poetas locus eſt: ſua enim laus tribuitur aliis innumeris, qui in variis generibus floruerunt. Celebriores ſunt انوري *Anvari*, فلكي *Feleki*, رشيدي *Reſhidi*, رودكي *Rudeki*, كرماني *Kermani*, كاتبي *Catebi*, & خاقاني *Khakani*, qui *Abi'lolæ* fuit, ſi Herbeloto fides, diſcipulus, & magnificam præceptoris ſui poeſin eſt feliciter imitatus. Recentiorum tamen poetarum, quos tulit Perſis,

Digitized by Google

elegantiſſimus meritò habetur *Jami*, cujus opera ſæpenumerò, cùm in *Linguæ Perſicæ Commentariolo*, & in *Grammaticâ*, tum etiam in *Hiſtoriis* noſtris, laudavimus.

Sed de poetis hactenus: fuſiùs de iis & copioſiùs diſſerere, ab inſtituto eſſet alienum; magna enim ſylva eſt, & integrum volumen requirit: & profectò imprimis deſideratur liber *De poetarum Aſiaticorum Vitis;* cujuſmodi opus cùm utiliſſimum, tum etiam ob novitatem jucundiſſimum fore puto. Et laudandum foret propoſitum, tot eximios viros ac miris ingeniis præditos in novam lucem, & quaſi vitæ integrationem revocare. Plurimum ſanè his literis obeſt librorum excuſorum paucitas: egregium eſſet itaque ac rege aliquo dignum opus, libros Aſiaticorum elegantiores in lucem proferre, ſed ſine interpretatione; ita enim propè duplicaretur & ſumptus & labor. Illi autem qui otio fruerentur erudito, utcunque à bibliothecis remoti, poſſent eos, gradatim ac pedetentim, accuratè interpretari, emendare ſagaciter, & doctè illuſtrare. Ita fieret ut Arabum ac Perſarum poemata in manibus & in ore haberemus, nec minùs eſſet uſitatum Ferduſii, Amralkeiſi & Abi'lolæ verſûs in quotidianis ſermonibus recitare, quàm nunc Homeri, Anacreontis, aut Pindari.

Digitized by Google

بمنهمر الارواق ذي ترع مرفض *
يغادر محض الماء ذو هو محصة
علي اثره ان كان للماء من محض *
يروي العروق الهامدات من البلي
من العرفج النجدي ذو باد والحبض *
وبات الحبي الجون ينهض مقدماً
كنهض المداني قيده الموعث النقض *

Dixit *Meliha Al Jarammi:*

" Insomnis fui, cùm protracta esset nox, ob nubem fulgurantem, splendidam; quæ transversè profecta est de regione in regionem nigricans;

Ob iter nocturnum ebria, obscura nubes, quæ terræ sterili id attulit (ubertatem scilicet) quod aliàs non esset consecuta:

Murmurabant nubium series, dum per desertum transibant, ut murmurant invicem cameli;

Velut si pars altior albæ nubeculæ vertex esset Libani (cui), & longitudine & latitudine (similis erat:)

Hæc nubila, venti ex *Hadramut* venientes disperserunt, cùm pluviam tenuem, stillantem effuderint;

Reliquerunt post se aquam, quæ ita pura fuit, ut ex lacte mero formata videretur,

Irrigabant radices, arefactas siccitate temporis, spinosæ uniuscujusque & salsæ plantæ, quæ propè evanuerat;

Sic nubes atra progredi perseveravit, ut (camelus) sub onere curvatus, labore confectus, in loco arenoso difficilè incedit."

Digitized by Google

PARS QUINTA.

CAPUT XIX.

De variis Arabum, Perſarum, ac Turcarum Poetis.

ID quod de poetis, qui Λυρικοι à Græcis vocantur, dixit * Cicero, veriùs in Aſiaticos transferri poteſt: "Si mihi vitæ ſpatium duplicetur in "iis tantummodò percurrendis, non eſſe ſuffec-"turum." Hoc veriſſimum eſſe ſentiet is, qui viderit apud *Herbelotum* propè triginta auctorum nomina, qui de poetarum Arabicorum vitis & carminibus ſcripſerunt; inter quos recenſentur princeps illuſtris *Ebn Al Motezz Al Abaſſi*, & *Almanſur*, rex Hamæ, cujus opus decem volumina complecti dicitur; & ſcriptor illuſtris *Omadeddin Al Isfahani*, qui hiſtoriam Saladini elatiſſimo dicendi genere compoſuit, librumque abſolutiſſimum de poetis Arabicis contexit, *Kherida* خريدة ſeu *margarita*, inſcriptum. His

* Frag. apud Senecam in Epiſt.

Digitized by Google

addi poſſunt *Ebn Khacán*, qui copioſè de Arabum poetis ſcripſit, dicendi genere uſus politiſſimo, & cujus opus vocatur,

قلايد العقيان في محاسن الاعيان

Monilia aurea de excellentium poetarum ſuavitatibus: & *Thaalebi*, cujus liber يتيمة *Yatima* quidquid venuſti, quidquid elegantis, quidquid politi, quidquid etiam elati habeat poeſis Arabica, complectitur: volumina continet quatuor, capita autem quadraginta; in quibus copioſiſſimè diſſerit de vitis & operibus poetarum illuſtriorum, qui in Syriâ, Ægypto, Meſopotamiâ, Chaldæâ, Perſide, Arabiâ, Tartariâ, & regionibus Tranſoxanis floruerunt. Pulchrè hunc librum laudabat poeta imprimis elegans Ebn Kelâkes;

ابيات اشعار اليتيمة
ابكار افكار قديمة *
ماتوا فعيشت بعدهم
فلذلك سميت اليتيمة *

"Verſûs horum carminum in Yatimâ
"Virgines erant, cogitationes antiquæ:
"Mortui ſunt poetæ, & vivunt poſt eos carmina,
"Et ob hanc rem vocatur liber *Yatima*."

Etenim voce يتيمة cùm *pupillus*, tum etiam *unio* ſignificatur.

Nec minus jucundum opus eſt الكميت

Digitized by Google

حلبيت ſeu *vini dulcedo*; auctore *Shehábeddin El Nawági*. Eſt hic liber Athenæi Δειπνοσοφισταις ſimillimus, ſed meâ quidem ſententiâ jucundior, ornatior, copioſior. Viginti quinque partes complectitur, de vino, de floribus, de amore, de pulchritudine, de amœnitatibus Ægyptiis: quæ omnia variis ac venuſtiſſimis carminibus cùm veterum tum recentiorum Arabum deſcribuntur. Scripſit aliud opus, quod inſcribitur مراتع الغزلان ſive *Prata hinnulorum*, & carmina complectitur amatoria è variis poetis libata. Idemque contexuit duo alia volumina, plena carminum venuſtiorum. De Anthologiis *Hudeilitarum*, *Bokhteri*, & *Abi Temam*, utpote notiſſimis, nihil neceſſe eſt hoc loco dicere.

Librum صفوات *Sefwat*, quem cum *Hamaſa* comparat Herbelotus, nec ullibi citatum legi, nec in ullâ bibliothecâ vidi. Multa prætereà de Arabum poetis continet opus permagnum *Hagi Khalfeh* ſeu *Catib Chelebi*, quod كشف الظنون appellatur, & in quo de Aſiaticorum libris omnibus præclarè tractatum eſt; & liber admirabilis نهايات العرب وفنون الادب ſive, *De Arabum eruditione*, cujus auctor fuit *Shehábo'ddin Al Noweiri*. Horum operum alia Pariſiis, alia Leydæ, alia Oxonii, alia in reliquis Europæ bibliothecis ſervantur.

Porrò ſcriptoris politiſſimi *Ebni Khalican* opus

Digitized by Google

hiſtoricum non magis verborum elegantiâ & ubertate commendatur, quàm illuſtriorum poetarum verſibus, quibus conſpergitur. Ac neſcio an hic omnibus vitarum ſcriptoribus ſit anteponendus. Eſt certè copioſior Nepote, elegantior Plutarcho, Laertio jucundior: & dignus eſt profectò liber, qui in omnes Europæ linguas converſus prodeat. Atqui Arabicorum poetarum infinitam multitudinem abundè probant duo illa opera, quorum unum ab *Hegiazio*, alterum à *Safadio* eſt compoſitum, & quorum hoc triginta volumina, illud quinquaginta complectitur.

Permulti ſunt de poetis Perſicis libri uberrimi, ſed omnibus præſtare videtur opus دولت شاه *Doulet Shah Samarcandi*, quod ſæpiſſimè citat Herbelotus. Quàm feliciter autem *Turcæ* poeticam coluerint, intelligi poteſt cùm ex *Lutfii* & reliquorum libris, tum ex opere illo ampliſſimo زبدة الاشعار inſcripto, quod novem poetarum *Turcarum* carmina complectitur, atque aliorum DXL continet flores diligentiſſimè & magno cum judicio delibatos.

Inter antiquos Arabum poetas celebriores fuerunt, ذو الرمة *Dhu'l Remma*, نابغة *Nabega*, مهلهل *Mohalhal*, متلمس *Motalammes*, الفرزدق *Ferazdak*, aliique, & in primis auctores ſeptem Idylliorum, quæ Moallakat vocitantur: ac de his quidem aliàs dictum eſt; illo-

Digitized by Google

rum autem carminibus, quæ mihi videre contigit, vix quidquam fingi poteſt delicatius, venuſtius, exquiſitius? Inter recentiores imprimis elegans eſt *Abu'l Caſſem*, cujus liber vocatur شذور الذهب *Auri particulæ*; neque immeritò: nihil enim eo aut jucundius eſſe poteſt, aut politius. Deſcriptionibus abundat lepidis & venuſtis, & dignus eſt ſanè de quo dicatur, id quod de fluvio *Teleboa* ſcripſit Xenophon,

Μεγας μεν ὁ, καλος δε.

Quàm eleganter hortum deſcribit:

فمن روضة غناء زخرف وشيها
ومن جدول تسعي بها سعي اسود
ومن اقحوان كالثغور مؤثر
ومن زهر مثل عبقري وعسجد

" Hortus autem fuit variis ornamentis diſtinctus,
" In quo tanquam ſerpentes currebant rivi,
" Et flores parthenii ſicut nitidi puellarum dentes,
" Aliique flores ſplendebant tanquam pictæ veſtes & aurum."

& imbrem:

اذا افتر من جون الغمايم بارقه
بكي الودق من خبث الاناعم وادقه
بدمع كان الريح ينثر لؤلؤا
علي خدّ روض سندسي حدايقه

Digitized by Google

" Cùm renidet ex nigris nubibus (nubes) fulgurans,
" Flet imber, à campo beneficentiæ continuò ſtillans
" Lacrymas, velut ſi ventus margaritas ſpargeret
" Super genam hortuli pictâ chlamyde veſtiti."

Non minorem habet venuſtatem, & vim majorem, ابن الغارض *Ibno'l Faredh*, elegans ac floridus poeta, & cùm antiquioribus conferendus. Miram habet plerumque in carminum initiis gratiam ac pulchritudinem:

ارج النسيم سري من الزوراء
سحرا فاحيا ميت الاحياء
اهدي لنا ارواح نجد عرفه
فالجوّ منه معنبر الارجاء

" Odor Zephyri ex Alzaura provenit,
" Manè, in vitam autem mortuos revocat:
" Profert nobis auras; halitus ejus diffunditur,
" Et aër ab eo ambari odorem recipit."

Sed hujus poetæ, quem cum Ovidio conferre ſolemus, elegiam in tertio capite citavimus.

Si quis aliorum poetarum Arabum nomina videre cupiat, legat *Herbeloti*, imperfectum quidem, ſed jucundiſſimum atque eruditiſſimum opus. De Perſis tamen pauca differam: nam Turcicorum carminum duos tantummodò vidi libros. Alterum, opus perparvum variorum poetarum *Odas* amatorias continens: alterum,

Digitized by Google

codicem belliſſimè exaratum, & *Meſihii* carmina complexum. Centum & ſeptuaginta octo Odis conſtat, iiſque politiſſimis.

Perficorum itaque poetarum poſt *Ferduſium*, *Hafezum*, & *Sadium* celeberrimus eſt *Gelaleddin Balkhi*, cujus perlongum opus, مثنوي *Meſnavi* nominatum, mirificâ ornatur doctrinæ copiâ ac varietate; verbis illuminatur elegantiſſimis; hiſtoriis porrò abundat lepidis, ſuavibus, venuſtis. Quàm vivida hæc eſt Amoris laudatio, & ob amicæ diſceſſum querela!

شاد باش اي عشق خوش سوداي ما
اي طبيب جمله علتهاي ما
اي دواي نخوت وناموس ما
اي تو افلاطون وجالينوس ما
چشم خاك از عشق بر افلاك شد
كوه در رقص آمد وچالاك شد
با لب دمساز خود كر جفتمي
همچو ني من گفتيها گفتمي
هر كه او از همزباني شد جدا
بي زبان شد گرچه دارد صد نوا
چونكه گل رفت وگلستان درگذشت
نشنوي زان پس زبلبل سرگذشت
من چه گونه هوش دارم پيش وپس

چون نباشد نور یارم پیش وپس
کر نباشد عاشق را پرواي او
لو چو مرغي ماند بي پرواي او

" Salve, Amor; tu, qui nos ſuaviter incendis,
" O tu, qui omnes noſtros morbos ſanas;
" O remedium, auxilium, & præſidium noſtrum,
" O tu Plato noſter es, tu Galenus.
" Oculus terreſtris propter amorem in cœlo eſt,
" (Ob amorem) colles ſaltantes veniunt, & celeriter incedunt.
" Labio amicæ meæ ſi adhærere poſſem,
" Inſtar argutæ arundinis voces ederem.
" Quicunque à ſodali ſuo decedit,
" Is elinguis eſt, licèt centum habeat voces.
" Cùm abiit roſa, & defloruit roſetum,
" Non ampliùs luſciniæ narrationem audis:
" Equidem pariter quomodo prudentiam uſquequaque habeam,
" Dum lux amicæ uſquequaque non effulget.
" Quòd ſi amatori non ſit videndi amicam poteſtas,
" Avi ſimilis eſt, quæ libertate caret."

Nec verò his ſolis inter poetas locus eſt: ſua enim laus tribuitur aliis innumeris, qui in variis generibus floruerunt. Celebriores ſunt انوري *Anvari*, فلكي *Feleki*, رشيدي *Reſhidi*, رودكي *Rudeki*, كرماني *Kermani*, كاتبي *Catebi*, & خاقاني *Khakani*, qui *Abi'lolæ* fuit, ſi Herbeloto fides, diſcipulus, & magnificam præceptoris ſui poeſin eſt feliciter imitatus. Recentiorum tamen poetarum, quos tulit Perſis,

Digitized by Google

elegantiſſimus meritò habetur *Jami*, cujus opera ſæpenumerò, cùm in *Linguæ Perſicæ Commentariolo*, & in *Grammaticâ*, tum etiam in *Hiſtoriis* noſtris, laudavimus.

Sed de poetis hactenus: fuſiùs de iis & copioſiùs diſſerere, ab inſtituto eſſet alienum; magna enim ſylva eſt, & integrum volumen requirit: & profectò imprimis deſideratur liber *De poetarum Aſiaticorum Vitis;* cujuſmodi opus cùm utiliſſimum, tum etiam ob novitatem jucundiſſimum fore puto. Et laudandum foret propoſitum, tot eximios viros ac miris ingeniis præditos in novam lucem, & quaſi vitæ integrationem revocare. Plurimum ſanè his literis obeſt librorum excuſorum paucitas: egregium eſſet itaque ac rege aliquo dignum opus, libros Aſiaticorum elegantiores in lucem proferre, ſed ſine interpretatione; ita enim propè duplicaretur & ſumptus & labor. Illi autem qui otio fruerentur erudito, utcunque à bibliothecis remoti, poſſent eos, gradatim ac pedetentim, accuratè interpretari, emendare ſagaciter, & doctè illuſtrare. Ita fieret ut Arabum ac Perſarum poemata in manibus & in ore haberemus, nec minùs eſſet uſitatum Ferduſii, Amralkeiſi & Abi'lolæ verſûs in quotidianis ſermonibus recitare, quàm nunc Homeri, Anacreontis, aut Pindari.

Digitized by Google

PARS SEXTA:

De Asiaticâ Dictione.

CAPUT XX.

HABENT Asiatici orationis genus, non id quidem omninò numeris astrictum, ut poema, nec tamen ita fluens ac dissolutum, ut sermo vulgaris. Placet libros hoc modo numerosè compositos inter poemata recensere; nam orationem, cujus sententiæ modulatè cadunt, leniter profluunt, similiter desinunt, quæ verbis dulcibus & hilarioribus, iisque jucundè tralatis ornatur, in quâ denique paria adjunguntur paribus, & contraria contrariis referuntur, parùm à versu abesse puto: quod video de Platonicâ & Democriteâ locutione sensisse veteres*. Atque in hoc loco de *Asiaticorum* libris modulatis differere, nec erit inutile, nec à proposito alienum.

* Cic. Orator.

Digitized by Google

Notum eſt, apud omnes gentes poeticæ ſtudium fuiſſe ſolutæ orationis curâ antiquius. Apud Græcos orationem princeps contexuiſſe dicitur Pherecydes Syrus: Ciceronis temporibus graviſſima extabat Appii Claudii oratio, quam primus Romanorum in lucem protulit, cùm ſenatum à fœdere cum Pyrrho faciendo diſſuaderet. Primus apud Arabas orationem compoſuit vel Mohammedes, vel, ſi quis fuerit, Mohammedis adjutor. Fuit certè quiſquis Alcoranum contexuit, cùm admirabili præditus ingenio, tum acutiſſimus & dicendi & perſuadendi artifex. Ac nequeo ſatis prudentiam illius admirari, qui orationem potuerit incultæ multitudinis tum auribus tum animis adeò ſcitè accommodare. Nec enim illi in eruditorum hominum conventu erat habenda oratio, ſed cum agreſtibus rem habuit, impolitis, truculentis, ſtellarum imaginumque cultoribus; poeticæ tamen impenſiùs deditis. Itaque ſagax ille morum obſervator, & legiſlator ſubtilis, dicendi genus ſumpſit argutum, venuſtum, floridum, concinnum, numeroſum, incitatum; ſplendidiſſimis colluſtratum verborum luminibus, & cùm ad perſuadendos animos, tum ad commovendos affectûs accommodatiſſimum. Non ille ad ſedatum judiciorum diſcrimen librum ſuum comparabat, ſed ad aurium delectationem, & voluptatem ſenſuum. Ideoque inſtituit ut divini, quemadmodum vocatur, libri

Digitized by Google

lectores canoris quibusdam vocis flexionibus sententias æqualiter demensas & similibus sonis terminatas modularentur. * Velut in illo capite, quod est الدهر seu Tempus nominatum:

فوقيهم الله شرا ذلك اليوم ولقيهم نضرة
وسرورا
وجزاهم بما صبروا جنة وحريرا
متكيين فيها علي الارايك لا يرون فيها
شمسا ولا زمهريرا
ويطوف عليهم ولدان مخلدون
اذا رايتهم حسبتهم لؤلؤ منثورا

" Defendit eos Deus à diei istius calamitate, præbetque illis splendorem ac lætitiam,
" Et remunerat eos ob patientiam hortulo, & vestibus sericis:
" In eo horto pulvinaribus incumbunt, nec calorem intensum nec frigus sentientes,
" Versantur autem inter eos pueruli semper formosi, quos cùm aspexeris, dispersas esse putaveris margaritas."

Sed qui omnes elegantias & venustates in unum locum acervatim cumulatus videre cupit, perlegat is caput, quod الرحمن seu Misericors inscribitur, & inter carmina pulcherrima recenseri debet. Hunc igitur librum scriptores Asia-

* فرتل القران ترتيلا Alc.

Digitized by Google

tici tanquam elegantis locutionis normam ſibi proponunt; & quanquam eum aut apertè imitari non audent, aut imitationem diſſimulant, id tamen dicendi genus perfectiſſimum putant, quod ſit huic libro ſimillimum; ideoque ſententias ex illo depromptas ſermonibus ſuis frequentiſſimè intexunt. Velut in libro *Facahato'lkhólafa**, in elaboratâ illâ imbris deſcriptione,

واقبلت سوابق السيول
تجري في مضمارها كالخيول
فتراكم من السحاب
علي وجه عروس السماء النقاب
وانهمر الغمام المدرار
وصارت الدنيا جنات تجري من فوقها
الانهار

" Accedebant torrentium fluctûs prævertentes,
" Currebant tanquam equi in loco paſtûs,
" Et obvolutum eſt nubibus
" Cœlum, ut ſponſæ facies velo,
" Et imbres effuderunt nubes copiosè pluentes,
" Et facta eſt terra hortorum ſimilis, in quibus fluunt rivuli."

Ubi iſta locutio جنات تجري من تحتها الانهار

* Cap. I.

Digitized by Google

Horti ſub quibus fluunt rivuli, in Alcorano creberrimè occurrit.

Expoſui, ut puto, cauſam cur numeroſum hoc dicendi genus tam ſtudiosè Aſiatici conſectentur. Nunc de libris eorum elegantioribus diſſeram. Ii ſunt vel rhetorici, vel philoſophici, vel hiſtorici. Primum apud Aſiaticos videtur rhetoricæ ſtudium floruiſſe. Philoſophiam ſeriùs receperunt Arabes, eamque plurimùm à Græcis ductam. Nullam autem vidi hiſtoriam Arabicam aut Perſicam, ſolutâ oratione ſcriptam, quæ eſſet valdè antiqua. Itaque de rhetoribus primùm loquar, de reliquis, deinceps. Amant Arabes compoſitionis ſpeciem, quam مقامة *Mekáma* vocant, & quæ noſtræ declamationi videtur eſſe ſimilis. Hujuſmodi declamationes primus edidit *Hamadáni*, qui eſt ob eloquentiam admirabilem بديع الزمان *Ætatis miraculum*, vocitatus. Hunc imitati ſunt magnus rhetorum grex, inter quos palma facilè deferenda eſt *Haririo*. Nihil hujus ſcriptoris ſermone jucundius excogitari poteſt. Incredibilis in illo rerum eſt varietas & copia, mirificum eloquentiæ flumen; adeò ut non tam meâ commendatione quàm ſuis niti elegantiis poſſit. Declamationes compoſuit quinquaginta, de mutationibus fortunæ. Earum ſex primas in lucem protulit & notis illuſtravit eruditis, literaturæ Arabicæ feliciſſimus indagator, Schultenſius.

Digitized by Google

Inter opera rhetorica numerari poteſt libellus, qui appellatur كشف في حكم الطيور والازهار الاسرار hoc eſt, *Arcanorum patefactio de avium & florum proprietatibus.* Auctor fuit *Ezzo'ddin*, qui cognomen الواعظ ſive *Oratoris*, adeptus eſt. Argumentum perſimile eſt Couleii libro, quem *Sylvas* nominat; ſed non flores ſolùm atque herbæ, verùm aves etiam, prætereà apis, aranea, bombyx, & Zephyrus etiam, in hoc opuſculo loquentes inducuntur, ac de ſuis virtutibus venuſtiſſimè diſſerentes. Eſt profectò libellus cùm pulcherrimarum imaginum copiâ, tum orationis nitore ac venuſtate abſolutiſſimus.

Ad philoſophos veniamus. Illi modulatum hoc & elaboratum dicendi genus haud multùm conſectantur, rebus ſcilicet & argumentis quàm ejuſmodi venuſtatibus attentiores: niſi inter libros philoſophicos recenſendæ ſint fabulæ de officiis ac moribus, quibus incredibile eſt quantùm delectentur Aſiatici. Tres ſunt in hoc genere libri politiſſimi; Arabicus, à ſcriptore admirabili Ahmed Ebn Arabſhah compoſitus, vocatur,

فاكهة الخلفاء ومفاكهة الظرفاء
وجليس الفضلاء وانيس النبلاء

ſeu, "*Deliciæ regum & lepidorum hominum fa-*

Digitized by Google

cetiæ; & conſortium virorum excellentium, & argutorum ſocietas."

Plenum eſt profectò hoc opus elegantiarum, plenum venuſtatis; ſententiis cumulatum graviſſimis, verbis dulciſſimis illuminatum; poetis, oratoribus, philoſophis utile ſimul, & jucundum; fabulis perbellis, hiſtoriis inſignibus diſtinctum; ornatum jocis, leporibus, facetiis, & dignum ſanè de quo dicat poeta

فان تغص علي بحر تهد منه الي
درّ ينير عيون العقل في الشرف

" Quòd ſi in ſcientiæ meæ te immergas fluctûs,
" duceris exinde ad margaritas, quæ intel-
" lectûs oculos nobili ſplendore illumina-
" bunt."

Partes complectitur decem:

الباب الاول
في ذكر ملك العرب الذي كان لوضع
هذا الكتاب الداعي والسبب

De rege Arabum, qui hujus libri componendi auctor fuit atque inſtigator.

الباب الثاني
في وصايا ملك العجم المتميز علي
ملوك زمانه بالحكم والفضل والكرم

Digitized by Google

De præceptis regis Perſarum, qui reges ſuæ ætatis ſapientiâ, virtute, & nobilitate ſuperavit.

الباب الثالث

في حكم ملك الاتراك مع ختنه الزاهد شيخ النساك

De judicio regis Turcarum, cum genero ſuo ſolitario, ſene religioſo.

الباب الرابع

في مباحثة عالم الانسان مع شيطان العفاريت وجاني الجان

Diſputatio viri docti cum angelo malevolo & genio.

الباب الخامس

في نوادر ملك السباع ونديمه امير الثعالب وكبير الضباع

De excellentiis regis leonum cum ſodalibus ejus vulpium principe, & hyænarum duce.

الباب السادس

في نوادر النيس المشرقي والكلب الافرقي

Digitized by Google

De præclaris dictis hirci Asiatici, & canis Africani.

الباب السابع

في ذكر القتال بين ابي الابطال وابي دغفل سلطان الافيال

De præliis inter Abi'l Abtâl & Abi Dagfal elephantum regem.

الباب الثامن

في حكم الاسد الزاهد وامثال الجمل الشارد

De sapientiâ leonis solitarii, & proverbiis cameli fugientis.

الباب التاسع

في ذكر ملك الطير العقاب والحجلتين الناجيتين من العقاب

De avium rege aquilâ & duabus perdicibus, quæ à calamitate auxilium petiverunt.

الباب العاشر

في معاملة الاعداء والاصحاب وبه تمّت ابواب الكتاب

De amicis atque inimicis distinguendis. Et hæc pars est ultima.

Digitized by Google

Alter fabularum liber is eſt, quem in omnes ferè Aſiæ & Europæ linguas converſum habemus, & cujus in totâ Aſiâ meritò celebratur pulchritudo; fabulas dico philoſophi illius Indici بيدپاي *Bidpai* nominati, quas olim compoſuit, ut Indorum regem دابشليم *Dabſhelim* de officiis ac virtutibus regum erudiret. Hæc, de quâ loquor, interpretatio Perſicè ſcribitur, & انوار سهيلي ſeu *Canopi lumina* appellatur. Tertius liber idem eſt, de quo modò dixi, in ſermonem Turcicum venuſtiſſimè converſus, & همايون نامه ſeu *Liber auguſtus*, dicitur. Uterque ſplendidis verbis, magnificis ſententiis, elatis tranſlationibus ornatur.

Reſtat, ut de hiſtoriis numeroſis, quas inter poemata heroica recenſeo, pauca dicam. Tres præcipuæ ſunt in linguis Aſiaticis ſcriptæ hiſtoriæ; quæ cùm maximè ſint inter ſe diſpares, laus tamen pœnè conſimilis unicuique tribuitur. Arabica quidem inſcribitur المقدور في نوايب تيمور عجايب ſeu *Providentiæ miracula in Timuri fortunis perſpicua*; Turcica, تاج التواريخ ſive *Annalium corona*, & Turcarum hiſtoriam uſque ad regem Selimum complectitur; Perſica verò ظفر نامه ſeu *Liber victoriæ* nominatur, & Timuri vitam ac res geſtas continet.

Auctores ſunt, primæ Ahmed Ebn Arabſhah,

Digitized by Google

ſecundæ Saadeddin, tertiæ Ali Yezdi. Ac de ſecundâ equidem parciùs loquar, utpote qui librum integrum nondum viderim; ſed ut ex umbrarum ratione, quæ ſit turrium atque arborum altitudo dignoſcimus, ita ex Italicâ hujus libri interpretatione facilè eſt intellectu, admirabilem ejus eſſe elegantiam ac nitorem.

Hiſtoriis *Ebn Arabſhah* & *Ali Yezdi* nihil diſſimilius eſſe poteſt: hæc enim Timurum pingit invictum, pium, temperantem, doctum, amabilem; illa impigrum quidem & indefeſſum, ſed improbum, inhumanum, temulentum, vilem, impium; hæc regem æquiſſimum, illa ignobilem & efferum raptorem. Utri credamus? Ambo enim ſcriptores huic regi ætate ſuppares fuerunt. Tutius eſt certè utrique diffidere; & imperatorem illum fingere nec magnis vitiis infectum, nec valdè illuſtribus ornatum virtutibus. Quod ad dicendi genus attinet, utriuſque hiſtorici oratio eſt grandis, culta, canora, magnifica; & incredibili perſperſa varietate ac lepore. Porrò ita æqualiter animum delectant, ut eam hiſtoriam quam recentiùs legas, jucundiorem eſſe putes. Vim tamen ac dignitatem majorem Arabs, lene quiddam habere Perſa videtur ac profluens: hic puro amni, ille copioſo mari ſimilis; hic denique cum Xenophonte, ille cum Thucydide comparandus. Quòd ſi ille nonnullis in locis ſit obſcurior, illa, quantacunque eſt,

Digitized by Google

difficultas venuſtate & eloquentiæ amplitudine abundè compenſatur. Sed de hiſtoriâ hac Arabicâ, in capite decimoſecundo, copioſè diſſeruimus.

Reliquum eſt, ut de dicendi generibus, quibus utuntur Aſiatici, dicatur. Ea omninò tria ſunt, Elatum, Venuſtum, Tenue. Miſceri quidem poteſt elatio cum venuſtate; & cum tenuitate venuſtas: elatum autem genus cum tenui nullo modo miſcetur. Orationis altitudo & venuſtas vel in conceptu ſunt, vel in dictione. De conceptu alio * loco diximus: nunc de compoſitione diſſerendum eſt. Magnam igitur affert orationi altitudinem, verborum ampla & longè deducta comprehenſio; velut hiſtoriæ Timuri magnificum illud exordium,

الحمد لله الذي علي منوال ارادته وتدبيره
تنسج مقاطع الامور ومن ينبوع قضايه الي
لجج قدره تجري تيار الاعاصر والدهور

" Laus Deo, qui in textorio voluntatis & ſa-
" pientiæ ſuæ telam humanarum rerum texit,
" & è fonte providentiæ ſuæ in poteſtatis ſuæ
" oceanum fluctûs ætatum ac temporum fecit
" defluere."

* Cap. X. & XI.

Digitized by Google

Hoc ſenſerunt Græci; & rectè ait Demetrius Phalereus ex ſententiarum longitudine plurimùm oriri Thucydideæ locutionis majeſtatem: cujus rei præclarum profert exemplum,

Ὁ γαρ Ἀχελῳος ποταμος ῥεων κ' Πινδε ὀρες δια Δολοπιας και Ἀγριαων και Αμφιλοχων, και δια τε Ἀκαρνιανικε πεδιε ἀνωθεν παρα Στρατον πολιν ἐς θαλασσαν διεξιεις παρ' Οἰνιαδας, και την πολιν αὐτοις περιλιμναζων, ἀπορον ποιει ὑπο τε ὑδατος ἐν χειμωνι στρατευειν.

Quæ ſi inciſim proferas, perit utique orationis elatio. Ob hanc rem ſcriptores *Turcici* magnam habent in elato dicendi genere dignitatem, quia participiis اولوب & ايدوب frequentiſſimè utuntur, ideoque verborum ambitûs in miram longitudinem deducunt.

Sequitur, ut de venuſtâ ſententiarum ſtructurâ loquar. Ea igitur mihi venuſtior videtur comprehenſio, quæ tria habeat membra, duo breviora, unum longius; quemadmodum,

واقتخر اخوه القيل بوجوده
وقدمه علي خواصه وجنوده
وافاض حدايق آماله بزلال احسانه
وجوده

" Rex autem frater ejus inventis ejus delectatus eſt,
" Eumque optimatibus & exercitui præfecit,
" Et hortum ſpei ejus aquâ purâ liberalitatis & beneficentiæ irrigavit."

Digitized by Google

Hoc genus comprehenſionum rhetores triangulo Ἰσοσκελεῖ deſignant.

Sæpè etiam quinque aut plura inciſa propè æqualia, & eundem habentia in cadendo ſonum, afferunt pulchritudinem; ut

وجروا فيها الانهار
وغرسوا فيها الاشجار
فصارت تاوي اليها الاطيار
ويترنم فيها البلبل والهزار
بانواع التسبيح والاذكار
وغدت من احسن الامصار

" Amnes in eâ (inſulâ) fluere fecerunt,
" Et poſuerunt in eâ arbores,
" In quas volabant aves,
" Et in quibus luſcinia & carduelis cecinerunt,
" Cum variis laudationum & precum modis,
" Evaſit autem locorum pulcherrimus."

In narrationibus pulchra ſunt inciſa minuta, & quaſi gemina; ſic *Ebn Arabſhâh**,

كان في بعض الغياض اسد مرتاض عظيم
الصورة كريم السيرة وافر الحشمة علي الهمة
كثير الاسبا والالقاب غزير الخدام والاصحاب

" Fuit in ſylvâ quâdam leo manſuetus, magno

* In libro Facahato'lkhólafa.

Digitized by Google

" corpore, vitâ liberali, familiâ copiosâ, animo
" excelſo, multis nominibus ac titulis inſigni-
" tus, numerosâ ſervorum ac ſodalium coronâ
" cinctus."

Et Hariri*, ut ſolet, dulciſſimè,

وكانت عندي جارية لا يوجد لها في
الجمال مجارية اذا سفرت خجل النيران
وصليت القلوب بالنيران وان بسمت ازرت
بالجمان وبيع المرجان بالهجان وان رنّت
هيّجت البلابل وحققت سحر بابل وان
نطقت عقلت لبّ العاقل واستنزلت العصم
من المعاقل

" Fuit apud me puella, cui nulla erat pulchri-
" tudine æqualis; ubi enituit, duo ignes (ſol
" & luna) pudore affecti ſunt, & corda ho-
" minum ignibus amoris incendebantur; ubi
" ſubriſit, margaritas contemptas fecit, &
" gemmulæ vili venierunt; ubi modulatè ce-
" cinit, luſcinias provocavit, & Babylonis
" faſcinum verum eſſe probavit; ubi denique
" locuta eſt, cor ſapientis viri ſurripuit, & ab
" arce præſidium fecit deſcendere."

Et Ali Chelebi in *Humaiun Nâmeh*,

* Vide Mekâmah 18, ſeu السنجازية

Digitized by Google

حوالي بصره ده بر جزيره واردي بغايت
خوش هوا اول جزيره ده بر بيشه واردي پر
لطافت وصفاء لطيف چشمه‌سارلري هر طرفدن
روان ونسايم جان بخشي هر جهتدن وزان
الوان ازهارله هر جانبي ملوّن انواع اشجارله
هر كناري مزين

" Haud procul à *Basra* fuit insula auris suavis-
" simis afflata; & in hac insulâ fuit sylva,
" pulchritudine atque amœnitatibus plena.
" Dulces fonticuli in omni parte fluxerunt, &
" Zephyri vitam præbentes in omni loco mo-
" dulabantur; coloribus florum unumquod-
" que latus pictum est; & variis arboribus
" unusquisque angulus distinctus."

Adeò elaborata hæc est compositio, ut jure quæri possit, quid inter eam & poesin intersit: nam si in versiculos hunc locum distinxeris, sex feceris versûs, eosque pulcherrimos.

Similiter etiam Sadi in libro *Gulistân*,

در عنفوان جواني چنانكه افتد ودانى با
خوش پسري سري داشتم وسرّي بحكم انكه
خلقي داشت طيب الادا وخلقي كالبدر
اذا بدا

" In primo adolescentiæ flore, ut sæpè evenire

Digitized by Google

" ſolet, quemadmodum ſcis, cum dulci puel-
" lulâ ſecreta inii conſilia, propterea quòd
" lenem habuit indolem, & formam lunæ ni-
" tenti ſimilem."

Ac nequeo hoc loco à me impetrare, quin admirabilem Veris deſcriptionem ex libro *Ajaibo'lmakdûr* ſubjiciam,

وكان اذ ذاك قد خرج فصل الشتاء وفصل
الربيع قد تزين واتي وصفحات الرياض
باناميل صباغ القدرة تلونت وعروس الروض
قد اخذت من صواغ الحكمة زخرفها وازينت
والاطيار في الازهار ما بين ماية بلبل
والف هزار قد تشققت الاسماع واقامت
السماع واستهالت الطباع برخيم صوتها
واحيت اثار رحمة الله الارض بعد موتها

" Tunc autem deceſſerat hyemis tempeſtas, ve-
" nit ornatum Ver; hortorum facies digitis
" Providentiæ, tanquam à tinctore, colorata
" eſt, & ſponſa hortuli à divinâ ſapientiâ,
" tanquam ab aurifabro, ornamenta cepit, &
" pulchrè eſt veſtita. Aves inter flores cane-
" bant, centum luſciniæ & cardueles mille
" auditum lacerabant, & aures hominum at-
" tentas fecerunt, & propenſam reddiderunt
" naturam voce modulatâ; & veſtigia divinæ

Digitized by Google

" misericordiæ terram post mortem ejus in
" vitam revocârunt."

Locutio اخذت زخرفها وازينت & illa, موتها احي الله الارض بعد ex *Alcorano* depromitur, ex quo (ut suprà dixi) plurimas suis libris illigant sententias elegantiarum studiosi scriptores.

Inter ornatam *Persarum* atque *Arabum* dictionem, plurimùm interest: hi plerumque breves sunt, & pressi; atque adeò (quod mirum videri potest) servant quandam simplicitatem cum summâ sententiarum altitudine & verborum concinnitate conjunctam. Eam adhibent vocularum collocationem, quam docere videtur natura; adeò ut, qui vocum significationes haud ignorat, facillimè intelligat, quid auctor velit; etenim propè unica linguæ Arabicæ difficultas ex verborum incredibili copiâ oritur; in qua re *Græcæ* est persimilis. *Persæ* verò (quos *Turcici* scriptores imitantur) cùm ornatè & splendidè scribere instituant, longissimis utuntur comprehensionibus; verba elaboratè dimetiuntur, intexunt versûs; omnes, præterea cumulant flores leporum & elegantiorum colores. Insigne est hujus rei exemplum in libro *Anvâr Soheili*. Voluit dicere auctor Persicus, " Adolescentem
" formosum puella pulcherrima perditè ama-
" bat." Vix credi potest, quot verbis ad hanc sententiam exponendam utatur.

Digitized by Google

يكي از ايشانرا كه كوشهٔ جمالش عروسان بهشترا جلوهٔ دادي واز تاب عذارش آفتاب عالمتاب بر اتش غيرت سوختي چشم مستش به تير غمزه هدف سينهرا چون سينهٔ هدف رخنه ساختي ولب جان بخشش بشكر تنك كام دلرا چون تنك شكر حلاوت بخشيده

نظم

خرامنده پاي چو سرو بلند
مسلسل دو كيسو چو مشكين نكند
زسيمين زنخ كوي انكيخته
برو طوقي از غبغب آويخته
بران طوق وكوي آن بت مهرجوي
زهر طوق برده زخرشيد كوي

با جواني زيبا روي مشكين موي سروبالاي ماهسيماي شيرين زبان باريك ميان كه ترکان خطاي از چين زلفش چون سنبل در پيچ وتاب بودند ونوش لبان سمرقندي از شوق شكر شور انكيزش چون دل عاشقان در اضطراب

Digitized by Google

بيت

روي چكونه روي روي چو افتابي
زلفي چكونه زلفي هر حلقه پيچ وتابي
دلبستكي آمده بود

" Una ex illis puellis, cujus pulchritudinis pars
" extrema paradiſi ſponſis ſplendorem daret,
" & à cujus genæ nitore ſol terrarum orbem
" illuminans igne invidiæ incenderetur, cujus
" ebrius ocellus ſagittâ unius obtutûs ſcopum
" pectoris, tanquam pectus ſcopi, percuteret;
" cujus labium vitam præbens, tanquam ſac-
" charum, dulcedinem cordibus daret;

VERSUS.

" Delicatè incedens, tanquam cupreſſus procera,
" Catenatos habens duos cincinnos, tanquam laqueum moſchatum,
" A mento argenteo globum habens extenſum,
" Sub quo torques à collo pendet.
" Super quem torquem & ſphæram templum eſt illud amabile,
" Quod ubique palmam pulchritudinis à ſolę rapit.

" Cum adoleſcentulo nitidum habente vultum,
" crines odoriferos, ſtaturam cupreſſo ſimi-
" lem, faciem inſtar lunæ, linguam dulcem,
" corpus gracile, à cujus cincinnulis formoſi
" Tartariæ pueri deflexi erant & illuminati,
" & à cujus dulcedinis amorem excitantis de-

Digitized by Google

" ſiderio juvenes Samarcandii ſuavia haben-
" tes labia, tanquam amatorum corda, tu-
" multuabantur,

VERSICULUS.

" Facies! at qualis facies? facies ſoli ſimilis:
" Cincinnus! at qualis cincinnus? in unoquoque annulo plexus & ſplendidus.
" Amoris vinculo colligata eſt."

Hic inter nomen & verbum, octo verſiculi imprimis elegantes, & duodecim aut plura inciſa intercedunt.

Atqui de *venuſto* dicendi genere ſatis arbitror dictum. Supereſt, ut de *tenui* loquar. Hoc autem genus cum inornatâ mulieris pulchritudine comparari poteſt, quam, demtis margaritis & pretioſis veſtibus, ipſa commendat ſimplicitas. Etenim,

Submiſſa placidè blandiloquens oratio.*

aut nullis aut perpaucis ornatur tranſlationibus, ſed propriis utitur verbis, & ad ſermonem quotidianum propè accedit. Debet autem & lenis eſſe & dilucida, ideoque venuſto generi ſubjungitur. In narrationibus eximiam habet pulchritudinem: cujus rei exemplum ex libro *Zafar Nâmeh* proferam,

از امیر شنیدم که شخصي ازعجم ویکي از

* Laberius.

Digitized by Google

عرب در سفري مصاحب بودند ودر بياباني
بلا مبتلا كشتند عربرا قدري آب ماندہ
بود عجمي با او كفت كه سياحت
وجوانمردي عرب مشهورست چه شود اكر
بشربتي آب مرا از هلاك خلاص بخشي
عرب تامّلي كرد وكفت يقين ميدانم كه
اكر اين آب بتو ميدهم مرا جان شيرين
بتشنكي مي بايد سپرد ليكن روا نميدارم
كه اين فضيلت عربرا فوت شود ذكر جميل
بر حيات فاني اختيار مي كنم وجان فدا
كردہ آب بتو ميدهم تا اين احدوثه حسنا
عربرا يادكار ماند وآبرا بعجمي داد واو
بآن شربت آب از مرك نجات يافته جان
سلامت از ان بيابان برون برد واين ذكر
ستودہ بر روي روزكار باقي ماند

" Ex imperatore audivi cùm diceret, " In iti-
" nere quodam Perſam atque Arabem fuiſſe
" comites; per locum autem deſertum iter
" facientes miſeriâ (ob ſitim & calorem) mi-
" rum in modum eſſe afflictos. Cùm adeò
" Arabi aquæ perpaullulum reſtaret, dixiſſe
" illi Perſam, *Celebris eſt ac pervulgata gentis*

Digitized by Google

" *tuæ liberalitas & benevolentia; quanta illi*
" *fiet acceſſio, ſi aquæ hauſtulum mihi concedens,*
" *ſodalem tuum ab interitu liberaveris?* Tum,
" poſt aliquam deliberationem, Arabem reſ-
" pondiſſe, *Certò ſcio, ſi tibi aquam conceſſero,*
" *dulcem mihi animam ob ſitim intenſam in*
" *auras pervolaturam. Sed tamen indignum*
" *eſſe cenſeo, hanc gentis meæ excellentiam in*
" *nihilum redigi. Famam ideò jucundam vitæ*
" *fragili anteponens, & animâ meâ redimens*
" *tuam, aquam tibi præbeo; ut hæc hiſto-*
" *ria beneficentiæ Arabum ſit monumentum.*
" Aquam adeò Perſæ dediſſe, qui ejus hauſtu
" à morte liberatus eſt, & ex hac ſolitudine
" incolumis evaſit. Hujus facti ſemper vivit
" & vivet recordatio."

De tribus dicendi generibus hactenus. Singulas eorum virtutes complectitur liber jucundiſſimus شكردان *Shekardan*, cujus exemplar haud invenuſtè exaratum, comiter, ut ſolebat, mihi copiam fecerat Vir Aſiaticarum rerum, dum vixit, imprimis peritus, Alexander Ruſſel, cujus ſingularem in me facilitatem ac benevolentiam mirandum in modum perſpexeram: opus eſt *Ebn Abi Hagelah*, venuſtiſſimi cùm rhetoris tum poetæ, cujus elegantes versûs in libro *Hilidto'lcomeit* citatos vidi. Varia eſt in eo libro ac multiplex eruditio. Permulta habet lepida, faceta, elegantia; multa tamen (non eſt

Digitized by Google

enim negandum) ridicula, multa ſubinſulſa, multa ineptè religioſa, & fabellis anilibus referta. Sed hæc abundè compenſat dicendi genus ad varia argumenta ſcienter accommodatum, nunc facile & æquabile, nunc elatum ac vehemens, nunc pictum, venuſtum, floridum. Denique non minùs utilis eſt hic liber ob hiſtorias & antiquitates Ægyptias, quibus abundat; quàm jucundus ob elegantiſſimas, quas citat, florum, amœnitatum, aliarumque rerum deſcriptiones ex variis poetis delibatas. Ac non ſum neſcius eſſe aliquos, quibus Aſiaticæ dictionis quæſitæ illæ venuſtates potiùs ineptiæ videntur pueriles, quàm veræ elegantiæ. Sed cùm Arabes ac Perſas reprehendant, * Plato-

* Plato Συμπ. in Agathonis Oratione.

Οὗτος δε (Ἔρως) ἡμας ἀλλοτριοτητος μεν κενοι, οἰκειοτητος δε πληροι. τας τοιας δε ξυνοδους μετ' ἀλληλων πασας τιθεις συνιεναι, ἐν ἑορταις, ἐν χοροις, ἐν θυσιαις, γιγνομενος ἡγεμων, πραοτητα μεν πορίζων, ἀγριοτητα δ' ἐξωρίζων. φιλοδωρος εὐμενειας, ἀδωρος δυσμενειας. ἱλεως, ἀγαθος, θεατος σοφοις, ἀγαστος θεοις. ζηλωτος ἀμοιροις, κλητος εὐμοιροις. τρυφης, ἁβροτητος, χλιδης, χαριτων, ἱμερου, ποθου πατηρ. ἐπιμελης ἀγαθων, ἀμελης κακων, ἐν πονῳ, ἐν φοβῳ, ἐν λογῳ κυβερνητης, ἐπιβατης, παραστατης τε και σωτηρ ἀριστος.

Idem in Phædro:

Νη την Ἡραν καλην γε ἡ καταγωγη. Ἡ τε γαρ πλατανος μαλα ἀμφιλαφης τε και ὑψηλη, τε τε ἀγνε το ὑψος και το συσκιον παγκαλον, και ὡς ἀκμην ἐχει της ἀνθης, ὡς ἀν εὐωδεστατον παρεχει τον τοπον. ἡγε αὐ πηγη χαριεστατη ὑπο της πλατανε ῥει μαλα ψυχρε ὑδατος, ὡστε τῳ ποδι τεκμηρασθαι. νυμφων τε τινων και Ἀχελωε ἱερον ἀπο των κηρων τε και ἀγαλματων ἐοικεν εἰναι. Εἰ δ' αὐ βουλει το εὐπνουν τε τοπε, ὡς ἀγαπητον τε και σφοδρα ἡδυ. θερινον τε και λιγυρον ὑπηχει τῳ των τεττιγων χορῳ· παντων δε κομψοτατον τα

nem, * Isocratem, † Aristotelem, atque etiam ‡ Demosthenem, se reprehendere non vident;

της ποας ὁτι ἐν ἠρεμα προσαντες ἱκανη πεφυκε κατακλινανται την κεφαλην παϊκαλως ἐχειν.

* Isocrates in Ἀρειοπαγιτικῳ.

Ἐοικατε γαρ ὑτω διακειμενοις ἀνθρωποις, οἱτινες ἁπασας μεν τας παλεις τας ἐπι Θρᾳκης ἀπολωλεκοτες, πλειω δ' ἡ χιλια ταλαντα ματην εἰς τους ξειους ἀπανηλωκοτες, προς δε τους Ἑλληνας διαβεβλημενοι, και τῳ βαρβαρῳ πολεμιοι γεγονοτες.

Idem in alio loco,

Ἀπηλλαξε τους μεν πενητας των ἀποριων ταις εὐεργεσιαις και ταις παρα των ἐχοντων ὠφελειαις. τους δε νεωτερους των ἀκολασιων ταις ἐπιτηδευμασι, και ταις αὐτων ἐπιμελειαις. τους δε πολιτευομενους των πλεονεξιων ταις τιμωριαις, και τῳ μη λανθανειν τους ἀδικουντας. τους δε πρεσβυτερους των ῥαθυμιων ταις τιμαις ταις πολιτικαις, και ταις παρα των νεωτερων θεραπειαις.

Idemque (si modò istius sermonis auctor fuerit) in libello pulcherrimo ad Demonicum,

Ὁσοι μεν ὐν προς τους ἑαυτων φιλους τους προτρεπτικους λογους συγγραφουσι, καλον μεν ἐργον ἐπιχειρουσι, ὰ μην πε ι γε το κρατιστον της φιλοσοφιας διατριβουσιν. ὁσοι δε τοις νεωτεροις εἰσηγουνται μη δι ὠν την δεινοτητα την ἐν τοις λογοις ἀσκησουσιν, ἀλλ' ὁπως τα των τροπων ἡδη σπουδαιοι πεφυκεναι δοξουσι· τοσουτῳ μαλλον ἐκεινων τους ἀκουοντας ὠφελουσιν, ὁσον οἱ μεν ἐπι λογον μονον παρακαλουσιν, οἱ δε και τον τροπον αὐτων ἐπανορθουσι. διὸπερ ἡμεις, ὰ παρακλησιν εὑροντες, ἀλλα παραινεσιν γραψαντες, μελλομεν σοι συμβαλλεσθαι ων χρη τους νεωτερους ὀρεγεσθαι, και τινων ἐργων ἀπεχεσθαι, και ποιως τισιν ἀνθρωποις ὁμιλειν, και πως τον ἑαυτων βιον οἰκονομειν. ὁσοι γαρ τον βιον ταυτην την ὁδον ἐπορευθησαν, ὑτοι μονοι της ἀρετης ἐφικεσθαι γνησιως ἠδυνηθησαν.

Ibidem.

Τους κακους εὐ ποιων ὁμοια ποιουσι τοις τας ἀλλοτριας κυνας σιτιζουσιν. Ἐκεινοι τε γαρ τους διδοντας ὡσπερ τους τυχοντας ὑλακτουσιν. εἴτε κακοι τους ὠφελουντας ὡσπερ τους βλαπτοντας ἀδικουσιν.

† Aristoteles.

Ἐκ μεν Ἀθηνων ἐγω εἰς Σταγειρα ἠλθον δια τον βασιλεα τον μεγαν. ἐκ δε Σταγειρων εἰς Ἀθηνας δια τον χειμωνα τον μεγαν.

‡ Demosthenes.

Digitized by Google

ut nihil dicam de Maximo Tyrio, de Alciphrone, de Philoſtratis, de Xenophonte Epheſiaco, & reliquis, qui σοφισται nominantur; quorum locutio ad aurium voluptatem comparata plerumque numerosè & ſuaviter cadit. Nam de Marco Tullio non loquor, qui præcepta numeroſæ orationis dat paſſim, exemplum verò in Milonianâ: "Eſt igitur hæc, judices, non ſcrip-" ta, ſed nata lex; quam non didicimus, acce-" pimus, legimus, verùm ex naturâ ipsâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus; ad quam non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus."

Hæc habui, de poeſi Aſiaticâ quæ dicerem. Aperui rivos, meâ quidem ſententiâ, ſatis amplos, & fontem patefeci diutiſſimè obſtructum. Poterit hoc opuſculum (quod ſentio quantum abſit à perfectione) harum literarum rudes ad eas condiſcendas excitare; hoſpites verò in iis ac modicè tantùm inſtructos impellere atque incendere; quòd ſi quem meo hortatu ad hoc argumentum uberiùs ac limatiùs tractandum acceſſiſſe intellexero, ſatis magnum laboris mei fructum videbor percepiſſe.

Τη τε πολει βοηθειν οιεται δειν, και δικην ὑπερ αὐτε λαζειν, τετο κἀγω πειρασομαι ποιειν. Hæc tamen, potiùs temerè quàm conſultò, numerosè cadere opinor; multùm enim abhorret ab his venuſtatibus vibrans illa Demoſthenis & elata locutio.

COMMENTARIORUM FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

PERSARUM REGIS ANTIQUISSIMI

TESTAMENTUM MORALE,

SEU

DE REGUM OFFICIIS.

ARGUMENTUM.

REX Indiæ, Dabſhelim *vocatus, ſomnio quodam admoneri fingitur, ut ortum verſus iter faciat, theſaurum inventurus, experrectus conſcendit equum; proficiſcitur: occurrit ſenex, qui theſaurum ait ſub ſpeluncâ quâdam eſſe defoſſum; fodiunt ſervi; argentum, aurum, gemmas eruunt: prætereà inveniunt arcam, eamque circumdatam gemmis. Illam rex reſerari jubet, ac membranam incluſam videt, pereleganter literis ignotis exaratam. Accerſitur interpres: perlegit tacitè, mox, "Theſaurum, ait, "inveniſti auro & margaritis pretioſiorem," tum juſſu regis, legit quæ ſequuntur.*

Digitized by Google

Digitized by Google

TESTAMENTUM MORALE,

SEU

DE REGUM OFFICIIS.

EGO, *Huſhenk*, omnium gentium moderator ac dominus, lautam hanc nummorum copiam, gemmaſque innumerabiles, ad uſum regis Indiæ perilluſtris, & imperatoris eximii *Dabſhelim*, hoc in loco depoſui: quippe quòd præſagitione quâdam divinâ theſaurum hunc occultum ab illo inventum iri ſciam. Prætereà cum auro & gemmis hoc teſtamentum idcircò collocavi, ut cùm hos theſauros intueator, quos erit ſine ſollicitudine adeptus, expergiſcatur, & compertum habeat, non eſſe ſapientis animi, gemmarum fulgoribus capi ac deliniri, ſed hujus vitæ blanditias atque amœnitates impenſiùs amare, ſummæ eſſe ſtultitiæ: præſertim cùm opes ac poſſeſſiones copioſiſſimæ ſimiles ſint mutuatæ ſupellectili, quæ diverſorum hominum identidem attrita manibus, & deterior facta, tandem corrum-

Digitized by Google

pitur: imò, improbæ pellicis gerant ſimilitudinem, quæ ſingulis noctibus varia perambulat cubicula, & varios amplexûs ſuſtinet: quemadmodùm ait poeta, *Quis hujus vitæ incertos honores appetit? cui unquam fidem ſervavit fortuna, ut nobis ſervet? nucleus fidei in hac nuce non eſt, ex hoc terræ cumulo fidei odor non afflatur.* Verùm enimverò hic præceptorum libellus quaſi fundamentum eſſe debet, quo nitatur omnis dominatûs atque imperii ædificium; & tanquam norma, ad quam omnia regni dirigantur conſilia. Quòd ſi rex ille ſapientiſſimus hac admonitionum formulâ, tanquam præceptrice & moderatrice conſiliorum omnium ac factorum, utatur, uſque ad totius naturæ diſſolutionem, & finem temporum, augebitur illius & cumulabitur infinita dignitas.

Hæc Huſhenki præcepta, tanquam donum, teneas,
Sic perſuadere tibi potes imperium tuum æternum fore.

Feliciſſimus regum is eſt, cujus fama ob juſtitiam perpetuò maneat, & cujus exemplum poſteri ſibi imitandum certatim proponant: & unuſquiſque rex, qui ad hujus libelli (qui præcepta quatuordecim complectitur) regulam, totius vitæ ſuæ curſum non dirigit, nimirùm illius proſperitatis ædificium adverſo fortunæ flatu labefactatum decidet; adeòque ex ſummâ amplitudinis ac poteſtatis faſtigio gradatim ac pede-

Digitized by Google

tentim deſcendet, & ſecunda fortuna, tanquam verecunda ſponſa, vultum ab illo avertet.

I.

Primum itaque præceptum hoc eſt. Ubi cùm aliquo primario civitatis viro familiariter ac liberè vivit, variis calumniis ac falſis criminationibus, quas in illum fingent obtrectatores, minimè credat. Neque enim abeſſe poteſt, quin ſodalium invidiam atque offenſionem excitet is, qui regis neceſſitudine fruatur: nam ſimulac felicitate ſtabili eum frui aſpiciunt, non deerunt ii, qui florenti ejus fortunæ invidentes, regiæ benignitatis præſidium & propugnacula dolis atque inſidiis perfringere ac labefactare conabuntur. Illum igitur nihil ſuſpicantem mordere & clam accuſare incipient, ut regis voluntatem ab illo abalienare poſſint; imò, cauſas inferendi crimen fingere, & gemmas benefactorum filo malevolentiæ contexere uſque adeò perſeverabunt, donec ad propoſitum ſibi finem iniquitatis pervenerint: ut poeta ait, *Cave uniuſcujuſque vocem exaudias, meam verò audi; nam malevolorum voces in unaquaque portâ ſunt.*

II.

Calumniatores atque invidos procul à ſe amoveat. Propterea quod nihil illis ſit moleſtius, nihil odioſius, nihil denique nocentius. Si

Digitized by Google

quem igitur hac notâ insignitum videat, illicò feritatem illius, tanquam incendium aliquod, restinguat necesse est*: & vitam nequissimi hominis tanquam ligna aut sarmenta comburat; ne spiritus tam efferus præstringuat hominum oculos, & orbem terrarum deformet! *Ignis*, inquit poeta, *cujus ardore homines urantur, nisi continuò restinguatur, refrigerari nequit.*

III.

Optimates ac primarios regni viros arctissimo familiaritatis vinculo conjungere studeat, ut, summâ officiorum vicissitudine & consensione voluntatum, nodos negotiorum difficiles expediant, & ad civitatem conservandam conspirent: *Enimverò amicitiâ & concordiâ totus terrarum orbis vinci potest; victoria & concordia quasi geminæ sunt sorores.*

IV.

Dolosis veteratorum blanditiis ne se decipi sinat; neu inimicorum adulationi fidem habeat; sed quo leniores ac mansuetiores esse simulant, eò diligentiùs consideret, ne quid occultè moliantur: nam inimicos verè beneficos reddi non magis est verisimile, quàm gryphas in Caucaso

* Hæ sententiæ in sermonibus Turcico ac Persico sunt bellissimæ, sed Latinè ad verbum reddi neutiquam possunt. Idem de permultis hujus libelli locis dicendum est.

Digitized by Google

naſci, aut argentum poſſe in aurum commutari. Homo autem naturâ maleficus & inhumanus nullo pacto benevolus poteſt fieri, neque ab illo vera benignitas unquam proficiſcitur: *Cave ſis ab inimico vultum habente aridum, utpote qui, ligno ſicco ſimilis, celerrimè inflammetur; res enim ſerias & graves non agit; ſub ſpecie comitatis plagas tendit nefarias.*

V.

Ubi magno labore magniſque periculis aliquid eſt commodi adeptus, ne id è manibus elabi ſinat, ſtudioſè cavendum eſt. Etenim ſi ita remiſsè & oſcitanter agit, ut felicitatem, quam aſſecutus ſit, fluere atque avolare patiatur, eam ſemel elapſam recuperare nullo modo poterit, & nihil adeò ei reſtabit, præter inane deſiderium ac luctum inutilem: ſicut poeta monet,

Sagitta ex arcu ſemel emiſſa nunquam revertitur,
Etiamſi ob dolorem manum mordicus teneas.

VI.

Vitanda eſt in rebus gerendis nimia celeritas ac feſtinatio. Cautè itaque ac pedetentim ad eas accedat. Haud enim ſcio pluresne ſint à deliberatione & patientiâ utilitates, an à properationis temeritate deductæ miſeriæ. *Negotium ne geras nimium feſtinanter: à viâ conſultationis*

Digitized by Google

fræna ne avertas: quod nondum egeris, id factu erit facile, ubi semel feceris, quæstus quid proderit?

VII.

Prudentiæ fræna nunquam è manibus elabi sinat. Verùm ubi consociati hostes illius meditantur exitium, si quid sive occultum, sive apertum ex hac foveâ perfugium videat, illud confestim rapiat necesse est. Præterea illorum malitiosas voluntates prudenti consilio & simulatione, tanquam sagittâ aliquâ, rescindat atque irritas faciat, nam, ut dicitur, *Bellum per dolos ac fallacias ferè geritur.* Et aiunt sapientes viri, *ut ferrum alio ferro extenuatur ac mollitur, sic dolis atque insidiis ex hominum versutorum laqueis te eripere potes.*

VIII.

Nunquam se putet ab insidiis esse tutum, quas obtrectatores atque invidi moliuntur. Porrò autem blanditiis ac malitiosis assentationibus ne se insinuent sedulò caveat. Quippe, cùm arbor odii atque invidiæ in humano pectore altis sit defixa radicibus, quos fructûs afferre poterit, nisi acerbissimos? *Cave versutis inimicis fidem habeas, qui latenter pernicioſas tendunt insidias; pectus, in quo odium radices habeat, malevolentiæ & atrocitatis erit pleniſſimum: te aſpicit, & quaſi adipato ſermone utitur, ſed propoſitum ſuum tegit,*

Digitized by Google

IX.

Placabilitatem atque clementiam tanquam veſtem aliquam & amiculum induat. Miniſtros porrò imperii ac ſatellites ob delicta mediocria, ne temerè puniat. (*Turc.* ſagittis pœnarum ac doloris ſcopum ne faciat). Nam ſapientis eſt atque excelſi animi, in ſubjectorum hominum culpis atque erroribus quaſi connivere, & nimiam acerbitatem manſuetudine quadam ac lenitate mitigare.

Jam inde ab Adami temporibus, ad hanc noſtram ætatem, viri ignobiles atque inglorii deliquerunt, generoſi ac præſtantes ſe exorari ſiverunt ac placari.

Quamobrem magni regis eſt nocentes, ſed humiles, reos molli brachio erigere, & quaſi potu benignitatis & clementiæ recreare, ne, cùm ſe ab omni ſpe derelictos eſſe ſentiant, deſperatione afflicti tanquam in aliquam deſertiſſimam ſolitudinem recedant.

Illum, quem blandâ manu ad gloriam extuleris, cave per injuſtum animi impetum in terram deprimas.

X.

Ab omni maleficentiâ diligenter declinet; ne ſua ſibi maleficia majori reddantur menſurâ: eà enim fructûs afferent amariſſimos. Idcircò vîr

Digitized by Google

maleficus ſedato & ſecuro animo eſſe non debet, ſed fortunam pertimeſcat adverſam. Ita enim naturâ comparatum eſt, ut unumquodque factum pari munere compenſetur. Vitæ igitur humanæ hortulum lenioribus beneficentiæ ac benignitatis auris temperare oportet, ut in eo roſa proſperitatis, & voluntatum noſtrarum flos eniteat. *Si benefici ſitis, vobiſmet benefacitis.*

Quòd ſi benignus ſis, largâ benevolentiæ viciſſitudine compenſabere, ſin minùs, acerbiores habebis malevolentiæ tuæ fructûs; quos tametſi hodiernus dies non afferet, at veniet tamen dies, in quo graviſſima parabitur maleficis pœna, beneficis verò ampliſſima remuneratio.

XI.

Negotia perſonæ quam ſuſtinet non convenientia minimè gerat: per enim multi homines, cùm ſe in res minùs decoras & congruentes immerſerint, non modo ad finem propoſitum non perveniunt, ſed ubi ad ſua revertunt negotia, hoſpites ſunt in iis ac peregrini. *Cornix greſſum predicis delicatiorem imitari ſtudens, illum quidem non potuit diſcere, at dedidicit ſuum.*

XII.

Lenitate ac manſuetudine, tanquam veſte aliquâ pretiosâ, ſe ornare debet. Incredibile eſt, quanta ſit in lenitate vis & quaſi eloquentia.

Digitized by Google

Vir manſuetus parum abeſt (ut verè dicitur) *quin vates ſit:* atque adeò *mucrone ſubtiliſſimo lenitas eſt acutior, & facilius victoriam ab hoſtibus reportat, quàm centum exercitûs.*

XIII.

Cùm principes in civitate viri conſtanter ſe gerunt ac fortiter, homines verſutos ac veteratores procul à ſe rex dimoveat: quamdiu enim miniſtros imperii ſui habet fidelitatis ſigno impreſſos atque inuſtos, tamdiu ſecreta regni conſilia contra improborum hominum perfidiam erunt munita, & cives à periculorum ſcintillis incolumes ætatem agent. Sin (quod Deus omen avertat) facies rerum doloſis & callidis hominibus, tanquam nævo aliquo, obſcuretur, & fictos eorum ſermones rex exaudiat, fieri vix poteſt, quin ſummæ integritatis & innocentiæ viri ſæpiſſimè malè multentur. Quòd ſi ita evenerit, in regem illum iniquum, cùm in hujus vitæ curriculo, tum in futuræ reſtauratione, redundabit exaggerata calamitas. Miniſtri regis fidi ſint & conſtantes oportet, ut conſiliis eorum excolatur regnum ac ſplendeſcat. Quòd ſi malitioſi ſint & verſuti, vaſtatur ſubitò imperium ac dilabitur.

XIV.

Inconſtantis eſt animi & infirmi, temporum varietatibus & commutationibus fortunæ per-

Digitized by Google

turbari. Itaque in rebus aſperis turpe eſt deſperatione, tanquam pulvere, vultum deformare, & poculum cogitationis nimiâ ægritudine ac mœſtitiâ, velut cœno, obſcurare. Curis attritos & laboribus ſapientes viros videmus, inſani ac dementes voluptatibus ac deliciis perfundi ſolent. Præclarè itaque poeta, *Leonis*, inquit, *collum, vinculis conſtringitur, dum vulpes ſingulis noctibus inter ruinoſas domos in fœdiſſimas ſe effundit libidines. Sic vir fortis & conſtans pedem à triſtitiæ domicilio non dimovet; ſtultus verò & luxurioſus inter voluptates tanquam in horto vagatur.* Ac tibi penitus perſuade, te ad propoſitum finem felicitatis non perventurum, ſine divini numinis liberalitate inexhauſtâ, & infinitâ benevolentiâ; & ſine aquâ divinæ benignitatis, præſtantiſſimas virtutes non eſſe fructûs expectatos allaturas. *Neque enim poteſtas ac dominatio neceſſariò præſtantiam ſequitur, ſed à providentiæ divinæ nutu pendet.*

Singulis hiſce præceptis ſingulæ annectuntur fabulæ, non minùs ad utilitatem quàm ad delectationem comparatæ. Quòd ſi rex ille perilluſtris hos apologos plenè & copiosè narratos audire velit, ad montem, qui *Serendib* vocatur, proficiſci debet, in quem hominum patrem exulem deſcendiſſe memoriæ proditum eſt. Ibi hic nodus expediatur, & in illo horto roſa exoptata floreat neceſſe eſt.

Digitized by Google

ARABS,

SIVE

DE POESI ANGLORUM DIALOGUS.

UT pateret, quàm ineptè de gentium exterarum poeſi judicent ii, qui fidas tantùm verſiones conſulant, colloquium, quod ſequitur, olim contexui. Finxi enim Arabem quendam, qui ſermonem Latinum Conſtantinopoli didicerat, cum Britanno quodam mercatore, homine literato, familiariter vixiſſe, & cum eo de variis Europæ Aſiæque artibus ſolitum eſſe colloqui. Cùm igitur die quodam ad portum unà deſcenderent, & Britannus ſuæ gentis poetas in cœlum laudibus efferret, riſum Arabs vix potuit compeſcere, &, Mirum eſt, inquit, quod narras, ac portenti ſimile: cùm credidero urbem hanc amœniſſimam à maris hujus piſcibus extructam fuiſſe, tùm demùm poetas, ut tu ais, venuſtos in *Angliâ* credam floruiſſe. Hem! in paſtu pecudum regnent Angli, agros optimè colant, lanam

Digitized by Google

egregié tingant; ſed eos à poeſi alieniſſimos eſſe perſuaſum habeo. Sermonem *Latinum*, tuo hortatu, teque uſus adjutore, didici; ſpem enim dediſti poetas complures elegantiſſimos legendi, ſed nihil adhuc vidi, præter unum atque alterum *Horatii* carmen, *Ovidianas* quaſdam elegias, & *Virgilii* nobiliſſimum poema, quod, meo judicio, poeſis dici mereatur. Vin' tu credam, in illo, quo tu natus es, terrarum angulo, poetas meliores quàm in urbe *Româ* ortos fuiſſe? Tum *Britannus*, Ipſe, inquit, judicabis; recitabo enim verſiculos quoſdam ex elegantioribus *Anglorum* poetis libatos, quos, ut pulchrè intelligas, *Latinè* reddam. Per mihi gratum feceris, inquit Arabs; ſed cave quidquam iis ornamenti adjungas: verbum verbo redde. Tum mercator; Incipiam igitur à poetis heroicis: Sanè, ſi placet, inquit alter; ſed ullumne habes poetam, quem cum *Ferduſio* compares? Unum, inquit, atque alterum; ſed palma *Miltono* facilè deferenda eſt; cujus poema epicum, quod inſcribitur *Paradiſus Amiſſus*, ab omnibus meritò celebratur; iſtius poematis recitabo exordium;

" De hominis primâ inobedientiâ, & fructu
Illius vetitæ arboris, cujus mortalis guſtus
Attulit mortem in mundum, omneſque noſtras miſerias,
Cum amiſſione *Edeni*, donec unus major vir
Redimat nos, & recuperet amœnam ſedem,
Cane, cœleſtis muſa."—

Digitized by Google

Tum *Arabs* irridens, Parce, precor, inquit, nunquam enim versûs audivi magis insipidos. Versûs autem? imò, ne sermo quidem merus mihi videtur. Perge porrò ad Lyricos. Ecquem proferre potes cùm *Hafezo*, meis tuisque deliciis, comparandum? Multos, respondet ille; *Surrium*, *Couleium*, *Spencerum*, alios; & in primis illum, quem paullò ante citavi, Miltonum: is duo scripsit poemata, omni numero absoluta, quorum unum *Lætum* inscripsit, alterum *Tristem*. Quàm dulcis hæc est, in primo carmine, matutinæ delectationis descriptio!

" Audire alaudam incipere volatum suum,
Et canentem tremefacere stupidam noctem,
A speculâ suâ in æthere,
Donec maculatum diluculum oriatur;
Et tum venire, invitâ tristitiâ,
Et ad meam fenestram dicere, Salve!
Per cynosbaton, aut vitem,
Aut plexam rosam caninam;
Dum gallus vivaci strepitu
Spargit postremam aciem caliginis tenuis,
Et ad fœnile, aut horrei portam,
Magnanimè vacillat, dominas præcedens."

Cùm Arabs adhuc impensiùs rideret, & propè se in cachinnum effunderet, Age verò, inquit vir Britannus, iambos quosdam citabo *Popii* nostri, poetarum Anglorum, si artem ac suavitatem spectes, facilè summus, si ingenium & copiam, paucis secundus; placebunt tibi hi versiculi, certò scio:

Digitized by Google

" Tremat *Sporus*—Quid? res illa ſerica,
Sporus, merum illud coagulum lactis aſinini!
Vituperium aut judicium, eheu! poteſt *Sporus* ſentire?
Quis diſrumpit papilionem in equuleo?
Attamen, liceat mihi percutere cimicem hunc, auratas habentem pennas,
Hunc pictum filium luti, qui fœtet & pungit."

—Ohe, inquit *Arabs*, deſine, ſi me amas: hæccine poeſis dici poteſt? Prætereà ad portum venimus, ubi frequens erit hodiè mercatus. Hæc cùm dixiſſet, videretque graviter ferentem & ſtomachantem *Britannum*, pollicitus eſt, ſe ad linguam *Anglicam* condiſcendam aliquot menſes impenſurum, ut poetas, quos ille laudaret, ſermone proprio loquentes poſſet perlegere.

Digitized by Google

GULIELMI JONES

LIMON

SEU

MISCELLANEORUM LIBER.

PROŒMIUM.

DOLENDUM eſt, intercidiſſe M. Tullii opus poeticum, quod *Limon* inſcriptum eſt, & quod, cùm eſſet adoleſcentulus, in lucem protulit. Quatuor tantùm ex hoc opere versûs, quibus fabularum *Terentianarum* ſuavitatem atque elegantias collaudat, à Donato ciantur. Hujus libri titulus, ut à *Middletono* noſtro, ſcriptorum Anglicorum principe, obſervatum eſt, nihil aliud erat fortaſſe, quàm vox Græcæ Λειμων, ſeu *Pratum* (*Sylvam* vocant Latini), quo nomine *Pamphilus* etiam grammaticus *Miſcellanea* ſua inſcripſit. Ciceronem & veteres imitatus, opuſculum hoc meum, utpote magnâ rerum varietate refertum, *Limona* nominavi; conſtat autem

Digitized by Google

è poematiis quibuſdam partim à me ſcriptis, partim è Latino & Anglico ſermone converſis, quorum pleraque omnia ante annum ætatis meæ viceſimum ſunt compoſita. Hæc in brevia capita diſpertire malui, quàm, ut mos eſt, confusè atque indiſtinctè edere. Lector autem, ut hos vel adoleſcentis vel pœnè pueri labores benevolentiâ proſequatur, omnino eſt rogandus. In animo erat, plura capita, viginti minimùm, edidiſſe, ſed ſtudiis aliis ſum impeditus.

Digitized by Google

CAPUT I.

De Græcis Tragœdiarum ſcriptoribus.

TRES erant præcipui *Græcæ* tragœdiæ ſcriptores, *Æſchylus*, *Sophocles*, *Euripides*, laude quidem ii propè æquales & gloriâ, ſed in diſpari genere. Cùm poetarum horum proprietates exemplis dilucidiùs, quàm diſputatione longiſſimâ, explicari poſſint, lubet tres è poetis duobus Anglicis μονολογιας Græcè converſas proferre, quarum primam ac tertiam è *Shakeſpearo*, ſecundam ex *Addiſono*, deprompſi: prima à rege *Anglorum*, Henrico quarto, dici fingitur, cùm nocte quadam ob curas & mœſtitiam eſſet inſomnis; ſecunda, à *M. Catone*, cùm, poſt oppreſſam à Cæſare libertatem, lecto Platonis *Phædone*, ſuâ ſe manu interfecturus eſſet; tertia denique, ab Hamleto, Daniæ principe, cùm, poſt viſum à ſe patris ſui ſpectrum, de humanâ vitâ ac morte meditaretur. In primâ autem cothurni *Æſchylei* ſonitum, in alterâ, *Sophocleam* gravitatem, in tertiâ, ſimplicitatem *Euripideam*, imitari ſum conatus.

Digitized by Google

HENRICUS,

Ποσαι πενητων μυριαδες ὑπηκοων
Εὐδουσιν ἠδη πηματων λελησμεναι;
Πως, Ὑπνε λυσιμεριμνε, γλυκυτατε βροτοις,
Φυσεως τιθηνε, πως ποτ' ἐξεπληξα σε;
Ὁτ' ἐκ ἐμοις ἐφιζανων βλεφαροις ἐτι
Ἐπιψεκαζεις μειλιχον ληθης δροσον;
Τιπτ' αὐ πενητων ἐν μελαντειχει σεγῃ
Μαλλον δυσοσμοις διφθεραις κεκαλυμμενῳ
Εἰς ὀζυφωνων ἐμπιδων κεισαι ψοφον,
Ἢ πλουσιων μεμυρισμεναις ἐν παστασιν
Ἐπ' ἀργυροφανους πορφυροστρωτω λεχους
Εἰς εὐθρον φορμιγγι ἱμερτην ὑπα;
Ὦ νηπιοφρον, τιπτ' ἀρ' ἐν πινωδεσι
Ναιεις βαναυσων σιβασι, και λειπεις θρονον
Ὡς φρυριον ψοφωδες ἠ κωδωνιον;
Ἀρ' ἀν ἐφ' ἱστ λαίλαπι στροβουμενῳ
Κοιμας ἀκαματον ἀνδρος ὀμμα ναυτικῳ,
Κεκαρωμενον στροφαλιγγι βαρυβρομῳ σαλῳ,
Ὁπηνικ' ἐν τυφωνι πολυκελαδῳ ζαλης
Ἀελλοπωδες ἀγουσιν ἀνεμοι κυματα,
Και βοστρυχηδον ἀσπετον σφιγγουσ' ἁλα,
Λακιστα ραντιζοντες ἀφρῳ λαιφεα,
Ἀϊδην δ' ἀρ' αὐλον δεινος ἀνεγειρει βρομος;
Δυναιο δητ', ὠ δαιμονων ἀδικωτατε,
Τοιαδ' ἐν ὡρᾳ τωδε θελγειν πημονας;
Εἰτ' εὐγαληνῳ νυκλος ἐν γελασμαῖι,
Συν ποικιλαις ἰυγξι, συν θελκτροις ἁμα,
Ἀμελειν μοναρχῳ; Μακαρες ἐστε, ποιμενες.
Διαδημαλοφορον ὑπνος ὐ τερπει καρα.

CATO.

Οὑτως ἐχει. και καρτα τἀνθυμηματα
Πολλη γ' ἀναγκη τἀπο σῳ ταρβειν, Πλατων,

Digitized by Google

Ἐπαξιως γαρ εἰπας, ἀξιως δε και
Ψυχη, συ παυλαν ἐλπισασ' ἐχεις κακων,
Φιλην τ' ἀδειαν, κἀναληψιν τȣ βιȣ,
Μη ȣ̓ ψευδομαντις, ȣ̓ γαρ ἀν θεοθεν φυσις
Ἀνδρων ἁπαντων ἐμπεφυκυια φρεσι
Ἑρψειεν ἀναβοωσα μη 'κλιπειν βιον.
Ἀλλως τε μητις εἰκασειεν ἀν ποτε
Ἀφθαρσιαν. τι χρημα γλυκυπικρον βροτοις.
Μακρα γαρ ἡμιν ἐσθ' ὁδος πορευτεα,
Μακρα κελευθος. ἀτλαται. ποιȣς ἐτι
Χωρȣς ἀφιξομαι γ', ὁποι' οἰκηματα;
Προσω γε παντα κειτ' ἰδεσθαι ξυμμετρα,
Ἀλλ' ἐπαναβληδον ςεγανα και περινεφελα.
Εἰ δ' ἐςιν ὁςις τἀν βροτοις λευσσει παθη,
Ἀλλ' ὀντα γε ξυμπασα σημαινει φυσις,
Βλεπει μεν αὐτος ὡς τον εὐσεβη βροτων,
Ἁπας δ' ὁν αὐτος ἀν κεκηδ', εὐημεροι.
Ποι γȣν τοπȣ; και πως; ὁ Καισαρ ȣ̓τοσι
Τα σκηπτρα κραινει, και μοναρχει τη χθονι.
Ἀλλ' ἀρκτεον τογ'. ἐλθε δευρο μοι, σφαγευ,
Ἐλθ', ἐυλαβηθητ'. ἐῤῥετω μεν ἐκποδων
Βιος ȣ̓ βιωτος, ἐῤῥετω δ' ἀμετρον κακον.
Ὠ δισσα θανατȣ κἀθανασιας ἡδεα
Τȣδ' ἀνδρος ἐλπις. θιγγανω γ' ὁμȣ δυοιν.
Το μεν ἀν τον ἀνδρα τονδε δια ταχȣς κτανοι,
Παλιν τοδ' αὐθις ἀν βιȣ δοιη τροφας.
Ω θανατε, θανατε, σȣ τι μοι μελον κυρει;
Δεινον τογ' ȣ̓χι δεινον. εἰ γαρ ἀν δεμας
Θανη, μενος γε μηποτ' ἀν ψυχης θανοι,
Ψυχῃ δε φασγανον γελωτ' ὀφλισκανει.
Φθινει μεν ἀςρων φως, φθινει δε χήλιȣ,
Παθωσιν ὡλλοι σκληρα προς κακοις κακα,
Διασκεδα τε πανθ' ὁ παναλαςωρ χρονος,
Και μην ἐπαυχω τησδε της ληθης ἀπο
Σε βλαςανȣσαν, ἀνθος ὡς, λαμψειν ἐτι *.

* Anno Ætat. 16.

Digitized by Google

HAMLETUS,

Το ζην, το μη ζην. θυμος ἐνδοιη μαλα
Ειτ' ἀν ποιοι τἀμεινον οὑ χων ἡσυχως
Εν νηϊ κυματοπληξ ἀελλαιᾳ ϐιȣ,
Ειθ' οὑν ϐρεμȣσῃ χειμασαμενος λαιλαπι,
Σχεθων τ' ἀδειμως οἰδμα πορφυρης ἁλος.
Ὁ θανατος· ὑπνος, ȣ̓ πλεον. ληξις θ' ἁμα
Παντων, ὁσ' ἐςι, δυσφατων ἀλγηματων,
Ὁποια γε σκιοειδεσι ϐροτοις παρα.
Ὠ πολυποθητον τερμα και φρενι γλυκυ.
Ὁ θανατος· ὑπνος· ὑπνος; ἀλλ' ἰσως ὀναρ.
Δακεθυμον ἐςι τοδε. το πως γ' εὑδησομεν
Τα πρωτ', ἐπειτα το πῶς ὀνειροπολησομεν,
Ἐπει το πηλȣ πλασμα τȣτ' ἐλειψαμεν,
Πολλης χατιζει φροντιδος. τȣτȣ χαριν
Τας ἀλλοτ' ἀλλας ἀλγεων κτυπειν ῥοας
Αὑτως ἐωμεν. ȣ̓ γαρ ȣ̓τις ἀν παθοι
Πονȣς μεν ὑγρας ἀαατȣς, πονȣς δε γης,
Φθονερων ὀδονθ', ὑπερηφανων σεμνην ὀφρυν,
Το τ' ὀξυ κεντρον ἱμερȣ δυσιμερȣ,
Τα δεινα πενιας, δειν Ἀρȣς, δεινα χρονȣ,
Λιμȣ, νοσων, και τἀλλ', ὁσ' ἐςιν, ἀλγεα,
Ἁ περιεφευγεν ἀριθμον, ȣ̓ τις ἀν φερων
Τοσας ἀνιας, οἰδα γ', ἡσυχιαν ἐχοι,
Ληγειν περ ὠν οἷος τε παντοιων κακων
Ἠ-ξιφιδιον γ' ἁψαμενος ἠ την ἀγχονην,
Εἰ μη φοϐος δυης ὀπισθοφανȣς τινος,
Χὠ χωρος ἀσκοπος, ȣ̓ γ' ἀπ' ȣ̓χ ὁδοιποροις
Νοςος πάρ' ȣ̓ποτ', ἀν παρȣσι πημασι
Στεργειν διδασκοι, κȣ̓ προσεξευρειν τα μη.
Οὑτω γε φροντις δειλιαινει τας φρενας,
Οὑτω γε και προσωπον ἀνδρειας καλον
Δια φροντιδ' ὠχρον γινεται, δια φροντιδα
Ῥοος μεγιςων παρατετραπται πραγματων.

Digitized by Google

CAPUT II.

De Epigrammate Græcorum.

BELLISSIMUM erat apud *Græcos* poematis genus, quod Ἐπιγραμμα vocitatur, non illud recentiorum poetarum, è facetiis unicè conſtans, ſed potiùs ad lyrici carminis aut brevioris elegiæ naturam accedens. Ex hujuſmodi poematiis conſtat magna pars Ἀνθολογιας: multa etiam à *Laertio*, *Athenæo*, atque aliis, citantur, eaque venuſtatis pleniſſima. Hujus videtur eſſe generis *Platonis* diſtichon de Agathonis oſculo, quod apud A. Gellium prolixè admodùm Latinis dimetris convertitur; nos ejuſdem ſuaviſſimam brevitatem quatuor Hendecaſyllabis exponere voluimus:

Cùm fervens tua, Phylli, ſuaviarer,
Dulci nectare dulciora labra,
Tranſcurrens anima uſque ad os avebat
Labi in virgineum (ah miſella!) pectus.

Breviùs etiam hoc modo reddi poteſt,

Cùm dulci teneam morſu tua labra, Lycori,
Spiritus è labiis (ah miſer!) ire cupit.

Flagitantibus quibuſdam amicis, ut plura *Anglorum* poematia, quæ Græcorum ἐπιγραμμασι ſi-

Digitized by Google

milia viderentur, Græcè redderem, non potui non morem gerere. Verſiculi, quorum initium Διζαμαι καλαν Ἀμαρυλλιδα, à carmine non edito, quod compoſuit ſummi ingenii vir mihique peramicus, ipſius rogatu ſunt converſi.

AD MUSCAM.

Διψαλεη, φιλοκωμε, τανυπλερε τερψεο μυια,
Τερπεο νεκταρεη γευσαμενη πομαλω·
Συμπιε, συμπιε, μυια, και ευς-εφανοιο κυπελλω
Ἐκροφεω βοτρυων τον μελιφυριον ὀπον.
Δει σ' ἀρ' ἐϋφροσυναις λαθικηδεσι θυμον ἰαινειν,
Μεχρις ἑα βιοτω τερμ' ὀλιγοχρονιον.
Ὡσπερ ἐμος βιω ὠκα, τεος βιω ὠκα πεφευγε,
Κεισομαι αὐλος ὁμως και συ μαραινομενω·
Και γαρ ἐς ἑξηκονλα παρελκομενον λυκαβαντας
Ἐν θερω ἀνθρωπων, ε' πλεον, ἐστι βιω·
Ἑξηκονλ' ἐτεων ταχεως παραμειψεται αἰγλη,
Ἐκφευγει δ' ἠβης ἀνθεμον, ὡσπερ ὀναρ.

IDEM, HENDECASYLLABIS.

Διψηρη, φιλοκωμε, πινε, μυια,
Συμπιν' εὐραθαμιγλω ἐκ κυπελλω.
Οἰνον δη σοι ἀφειδεως ὀπαζω,
Εἰ πασαν ῥανιν ἐκροφειν δυναιο.
Δρεψαι χρη βιοτοιο καλ' ἀωλα,
Ἐξανθει βιος ὠκα κἀκμαρανθη.
Ὡσπερ τἐμον, ὁμως το σον μινυνθα
Ἀκμαζει θερω ἠδυ κἀποθνησκει.
Ἐν σοι μεν θερω ἐστιν, ἐν δε κἀμοι,
Εἰ κεν δις τριακονλ' εἴη παρεσχοι,
Ὡν ἠβαιον ἐπην ἀμειψεἰ' ἀνθω,
Ὡς ἐν μακροτερον θερω δοκησει.

Digitized by Google

AD LUNAM.

Δίζαμαι καλαν 'Αμαρυλλιδα. μιμνε, σελανα,
Μιμνε δι ἀργυρεων ἀδυφαης νεφελων.
Οὐ σε, θεα, καλεω, φιλοπαννυχον ἠϋτε λησης,
'Ανδρος ἐρευνασας ἰχνια χρυσοφορβ,
Οὐδ' ὡς νυκτιλοχον δορυθαρσης υἱος 'Ενυβς,
Δαϊον ἐν λοχμαις αἱμα λιλαιομενον·
Κολπον ἐρωἰομανη τις κεν διεπληξεν 'Ερινυς;
Χειρ' ἀμιαντον ἐχει μειλιχομητις 'Ερως.
Οὐδ' ἐπι κλεμμα θεω. γλυκυ μειδιοωσ'' Αμαρυλλις
Οὐκ ἀεκβσα φιλας ἀμπέλασει * χαριτας.

AD GLYCEREN.

'Ηνιδ', ὁταν δακρυων τεγγεις ῥανιδεσσι παρειας,
Κειται ὁμως, Γλυκερη, παντ' ὀλοφυρομενα.
Μηκετ' ἀηδονιευς ἐλελιζομενον δια φυλλων
Εἰαρι ων ἰει την πολυθρηνον ὀπα.
Αἰθερι κυανεων νεφελων ἐπικιδναται ἀχλυς,
Συμπαταγει δ' ὀμβρων ποικιλοθρβς κελαδος·
Αἱ κρηναι θρηνβσι, και εἰδομενον κελαρυζει
'Ρωγαδος ἐκ πετρης δακρυοεν ῥεεθρον.
Οἱ κβροι σχιζβσι και αἱ κβραι ῥοδοπηχεις
Συν δεινῳ μαλακην την πολκαμιδα γοῳ.
'Α Γλυκερη γλυκοεσσα, σε πως ἠλγυνεν ἀνιη,
'Ην β' ἑβληκει χρυσοβελεμνος 'Ερως.
Δακρυα πανδακρυτα, τι παντα δυνασθε λεαινειν,
Πλην κολπον σφελερῃ δευομενον ψεκαδι;

* Sappho.

Σταθι κραντα, φιλα, και βλεφαρων ἀμπετασον χαριν.

Digitized by Google

AD SPEM *.

Αγανοβλεφαρε παρθεν', ήτις ἱμερον γλυκυν τρεφεις,
Ἐν ῥοδοισι μαλθακοισιν, ἐν δ' ἰοις ἀνθοσμιοις
Ἐλπις, ἡ φερεις ἐρωτας, ἡ φερεις εὐθυμιαν,
Ἡτις ἀθλιοισι τερψιν, ἡ κακοις θελγηματα,
Ἐλπις, ἱμερε τιθηνη, δαιδαλευτρια καλων,
Ἡδεως φενακισασα των ἐρωμενων φρενας,
Μετριως γλυκεια παρθεν', ἠδε γλυκυπικρε ποτε,
Ἐλθε δευρο μειδιασασ', ἐν δ' ὀνείροις μειλιχοις,
Ὁος με χαιρειν, δος μ' ἐρωταν, δος με δητ' εὐδαιμονειν.

* Anno Ætat. 17.

Digitized by Google

CAPUT III.

De Idyllio.

HOC, quod ſequitur, Εἰδυλλιον, cùm eſſem olim Oxonii, ludens compoſui; Theocritum quidem imitatus, ſed dialecto uſus Ionicâ: non enim paſtores, ſed ingenui adoleſcentes, in hoc poemate loquentes inducuntur.

Χρυσις ἡ Κολυμβητης.

Εἰδυλλιον.

Λευκιππη κυανοφρυς ὑπο ῥαδινην πλατανιστον
Κλινθη, κειτο δε καλος ἐν ἀγκοινησιν Ἀμυντας,
Συν τ' ἀγαινῃ φιλοτητι και ἱμερτοις ὀαροισι.
Χἡ νυμφη μαλακον τον ἐρωτυλον ὡδ' ἀγορευε.
Προς Κυπριδ', φιλε κηρε, λιγυφθογγῳ πλαγιαυλῳ
Ἡδυ τι μοι πνευσον. τινα κεν τινα μυθον ἀειδῃς;
Ὡς φατο μειδιοωσ'. ὁ δε λειριοεν τι γελασσας
Χειλεα παρθενικης δις και τριτον ὑγρα φιλησε.
Και τοτε Καλλιας Μεσαι λιπον ἀργυροδινη
Ναμα, λιλαιομεναι νεα ἱμεροφωνα ἀκουειν,
Ὁς τοδ ἱπ' μελισεν φιλικον μελιγηρυϊ μολπῃ.

Χρυσις ἰοπλοκαμ' λιπαροχροος ἠρατο κηρι
Εὐρυαλη χαριεντ', ἠ ἠδενα, ἠ μα σε, Κυπρι,
Λαδων καλλιδοναξ χαροπωτερον εἰδεν ἐφηβον,
Λαδων, ὁς μετοπισθε κοραις ἐχθις' ἠγεντο.
Ἀλληλης δε φιλησαν, Ἐρως δ' ὁ χρυσοφαεννος
Πνευσεν ἱπ' ἀμφοτεροις ὁμαλην φιλοτητ' αὐτμην.
Εὐρυαλ' πλοιητο ποθῳ, κηρης φοδεεσσης

Digitized by Google

Ὅσσε διαγλαυσσοντε, κυδωνιοωντε τε μαζω
Παῖλαινων μηλοῖϊν ἰοικοτ' ἐρευθομενοῖιν.
Ἥδε κορη τον παιδα περιγληνωμενη ἄρον
Ἴσην την πλοκαμιδα φερονθ' ἁπαλοις ὑακινθοις,
Ὠμοισιν ϛοτρυδον ἐπιῤῥεισασαν ἐρανοις,
Και χειλεϛ ἀμαρυγμα, και ἀνθεμοεντας ἰϐλας
Οἰα γναμπτα σελινα περι κροταφοις χνοαωντας.
Ἧϛο κυλοιδιωσα ϛελει δεδμημενη αἰνῳ
Ἱμερῳ, ὁϛ κ' αὐτεϛ ὑποδαμναται ϐριανιωνας.
Οὐδε τοσον Παφιη κερον Κινυραο φιλησε
Τον ῥοδοπηχυν Ἀδωνιν ἐν Ἰδαλιῳ πολυμηλῳ,
Ὅσσον ἀρ' Εὐρυαλε, Χρυσι, ξανθοτριχϴ ἡρας.
Οὐδ' Ἰδης ἐτω Ζευς τηκετο ἐν κορυφῃσι
Πτοιηθεις χαρισιν Γανυμηδεϴ εὐχαιταο.
Ἥδυ μεν ἐκ λιϐαδϴ πινειν ἡλεκτρινον ὑδωρ,
Ἥδυ δε την πιτυος λεπτα ψιθυρισμαθ' ἱεισης
Ἐν ῥοδεοις ἀντρῳ το μεσημϐρινον ἀνθεσι κεισθαι,
Ἥδυ δε και φιλεειν την οἰϊδα την τριχομαλλον,
Ἥδυ φαγειν μελικηρον. ἰαινετο δ' ἐ φρενα κερης
Οὐδ' ἱρης λιϐαδϴ πινειν ἡλεκτρινον ὑδωρ,
Οὐδ ἀρα την πιτυος λεπτα ψιθυρισμαθ' ἱεισης
Ἐν ῥοδεοις ἀντρῳ το μεσημϐρινον ἀνθεσι κεισθαι,
Οὐδ ἀρα και φιλεειν την οἰϊδα την τριχομαλλον,
Οὐδε φαγειν μελικηρον, ἀφ' ἐ καλε ἠρατ' ἀνηϐη.
Οὐδε οἱ ἡλακατη φρενας εὐαδεν, ἐ καλαθισκος,
Οὐδ ἱερον κερκις φιλεριθ δωρον Ἀθηνης,
Ὅσσα τε παρθενικαις οἰκωφελεεσσι μεμηλεν.
Τοιγαρ Χρυσοθεμις μαλα μιν νεμεσιζετο μητηρ
Ἴϛον ὁτ' ἐ δυνατο κρεκεμεν. και δημοτις Ἰνω,
Ἥ τ' εὐηλακατϴ Γλυκερη, και Λαμπωις ἀδελφη,
Αἰν' ἐπικερτομεουσαι ἐπιλλισαν ἀλλυδις ἀλλη,
Ὡς μαλακη γληνη; φευ, το τρυφερον γλυκυμηλον.
Ὡς λαλει ἡ τλημων; οἰα ϐλεπει αἰνοθρυπτϴ;
Ναι, ναι, Χρυσιδιον γλυκερον τεκος, οἰδ' ὁ δονει σε.
Ἥ σ' ἀλυεις μεσσην ἀνα νυκϊα καθευδεμεν οἰην.
Ὡς ἀρα νεικεισιν ἀμοιϐαδις. ἡ δε σεσηρος
Και γλυκυ μειδησασα ταδε κλυεν, ἐ δ' ἀλεγιζεν.
Πολλακι δ' ἀειδεσα πολυῤῥοδον ἀν λειμωνα

Digitized by Google

Οἰη εὸν λιγυρῃ μολπῃ κεφιζεν ἱρωτα.
Και ποτε δαιδαλεῃ φωνῃ τοιαυτα μελιζεν.

Ὦ φιλε παι, Πειθες χρυσωπιδος ἡδυ μελημα,
Εὐρυαλε, γλαυκων Χαριτων θαλος, ἠδε Κυθηρης
Θεσπεσιον δαιδαλμα μελιφρονος, ἡ σε Θαλια
Και νυμφαι Παφιαι, και κεραι μηλοπαρειοι
Ἐν τε ῥοδοις θρεψαν, και ἀμαρακῳ, ἐν τε κρινοισιν.
Εἰθε κ', ἱμον μελετημα, ποσιν σε γε κιχλησκοιμι,
Και σε κε συμπλεξαιμι γαμηλιῃ ἐν φιλοτητι
Ἀ δειλη. τι κε ταυτα λιλαιεαι; ἠ δεδιας γε
Μη τοδ' ἱπος Ζεφυροι φορεοιεν ἐς ἠατα μητρος;
Ἠ μη και πλεαι κε τεον λαλεοιεν ἱρωτα.
Ἀλλα τι κεν δεδια; ξυνος νομος ἐσθ' Ὑμεναιε.
Και τι γ' ἐγω κεν ἀνυμφος, ἐρημιας ὡδε λιποιμην;
Χρη μ' ἀρα παρθενιας ῥοδον ἀχρααντον ἐρυσθαι;
Ἀλλ' ἐραμαι. φευγει δ' ὀναρ ὡς μαλακαιποδος ἠβης
Αἰγλη λειριοεσσα, και ἱρπει γηρας ἀμορφον,
Γηρας ἐϋπλεκλε ποτρυν λευκαινον ἐθειρας.
Δει μ' ἀρα θυμον ἐρωσιν ἰαινεσθαι μαλακοισι.
Δευρ' Ὑμην, Ὑμεναιε. συδ', Ἀρτεμι, μη νεμεσα μοι,
Και συ, θεα, φιλοπαις. σε δε ἑκολῳ Ἐνδυμιωνι
Λατμε ἰνι χλοερῃς ἑησσῃσι λεγεσι καθευδειν.
Ἀλλα δος, ὠ Λητες θυγατερ, δος μ' ἠ γαμεεσθαι
Ἠ θανεειν. Κηρες δε κ' ἱμον τεμνοιεν ἀτρακτον,
Πριν σεο, παρθενιη, νομον ἀγνοτατον παραβαινειν
Νοσφι γαμε. ναι, τετο, θεα, τελεσαιμι νοημα.
Ἠ, και πορφυρεσα κιεν χλωρῃς δια λοχμης,
Βη δε μελαμψηφιδος ἐπ' ἠϊονος Λαδωνος.
Ἠ μην κεινον ἐμελλε παρηϊσιν ἐκ ἀδιανταις
Ἀθρειν τον ποταμον, και μη φρενα δηρον ἰαινειν.
Εὐρυαλος γαρ ἐκει διανηχετο ναματι δεινω
Καλος, ἰαρ θ' ὁροων, και ἐν ὑδασι λυμνος ἀθυρεν.
Ἠ δε κορη παπταινε δια πλατανε βαθυφυλλε
Αἰδομενη γληνῃσι ῥοδοχροα κολπον ἐφηβε.
Ἰμερτῳ δε ποθῳ κατατηκετο, ἠυτε λευκη
Ἠελιοιο χιων καταλειβεται ἀκτινεσσιν.
Ὦ ὀλιγοχρονιον τερψις. σοι δ' αἰεν ἀνιη

Digitized by Google

Πικρη παρμεμβλωκε και ἀργαλεα μελεδωνη.
Οἰδμασι γαρ μεγα ναμα πολυγναμπτοισιν ἐρειφθη
Ἀιφνιδιον, ποταμῳ δ' ἰσειδεϊ μηνατο λαιλαψ.
Εὐρυαλε τριφιλητε, συ δ' ἐν δινησι κεκμηκως
Αἰνοπαθης μαλεραις εἰλισσεαι, ὐδε σ' ἀρηγον
Νυμφαι ἀκλητοι λιμνητιδες, ἀλλα γαρ, αἰ αἰ,
Ἐς βυθον ἡρπες ὑγρον ἀναβλυζων μελαν ὑδωρ.

Παχνωθη δε κορη πικρῃ βεβλημενη ἀτῃ
Ὡς ἰδε τεθνειωτα νεον, γοερῳ δ' ὀλολυγμῳ
Ὠμε δειλαιην, γοναχιζ', ἀπο δε βλεφαροιϊν
Δακρυα μυρομενοιν θερμα βλυε πομφολυγες ὡς.
Τιλλε δε τις πλοκαμις. ὀλοφυρετο δ' ἠϋτ' ἀηδων
Χλωρηϊς θυγατηρ Πανδιονος, ἡ δια φυλλων
Παιδ' Ἰτυν, αἰεν Ἰτυν, γλυκεροις μινυρισμασι κλαιει,
Ἀλλετο δ' ἐς ποταμον. ποδ' ὑδωρόσσ' ἀμφικαλυψεν.
Ἀλλ' ἰρη βελῃφι περιφρονος Ἀμφιτριτης
Ἀντι κορης θνητης νυμφη Νηρηϊς ἐγεντο,
Ἐν τε βυθῳ ποταμοιο συνηντετο τῳ χαριεντι
Εὐρυαλῳ, θεῳ ὀντι ἀγηρεϊ, και μιν ἱραννη
Δωτω, και Μελιτη ῥοδοχρως, και Μηλις ἀγαυη
Και Γλαυκη χαριτοβλεφαρος, χαροπη τε Γαληνη
Και μαλακη Γαλατεια, και Εὐνικη βαθυκολπος
Θρεψαν ἐπ' ἀργυρεῳ κλισμῳ ῥοδεοις εν ἀωτοις,
Χειλεσι νεκταρεας ῥαθαμιγγας ἐπιξαξασαι.
Ἐνθα γαμῳ Χρυσις κεχαρημενη Εὐρυαλοιο
Μιτρην λυσατο πρωτα, λἐχει χρυσης Ἀφροδιτης
Γαμβρον προσπτυξασα, και ἀβροις χειλεσι χειλη
Θλιψε, περιπλεκτοισιν ἀγαλλομενη μελεεσσιν.
Ὡς φατο Καστιλιδων νυμφων γλυκυς ὀρνις Ἀμυντας,
Ἠδη συμπλεξας ῥαδινην ἰνι πηχεϊ κερην,
Ἀμβροσιαν φιλοτητα πνεων ψιθυρισμασι λεπτοις.
Λυσιμελες δε κατα βλεφαρων ὁτε κωμα καταῤῥει,
Ἀμφω ἐπ' αλληλων κολποις κνωσσοντες ἱραται
Ἀμπαυθσι μελῃ Κυπριδος κεκμηκοτα δωροις.

Digitized by Google

CAPUT IV.

De Comœdiæ Græcæ ſcriptoribus.

QUAM vellem ſupereſſent *Menandri* comœdiæ! Paucis ejus, qui reſtant, iambis non erant Athenæ ipſæ magis Atticæ: ut de illo dici poſſint, quos de Leſbiâ poetriâ citat Addiſonus noſter, è Phædri fabellâ verſiculi:

O ſuavis anima! qualem te dicam bonam
Antehac fuiſſe, tales cùm ſint relliquiæ?

Ariſtophanis, quæ ſuperſunt, comœdiæ ſunt ſanè omnium elegantiarum plenæ, & Græcarum literarum ſtudioſis apprimè utiles, ſed eas ad Menandri verecundiorem ſuavitatem acceſſiſſe non puto. Equidem, exercitationis causâ, ſcenam quandam ex Adelphis Terentii, qui maximè Menandrum imitatus eſt, Græcis trimetris converti, quam huic capiti apponam, cum feſtivâ vitæ humanæ deſcriptione, è Shakeſpearo ſumptâ, qui nonnullis in locis Ariſtophani ſimilior mihi viſus eſt.

IAMBI.

Δημεας. Κτησιφων. Συρος.

Δημ. Φευ τȣ̀μον ἀθλιον καρ̀, ὡς ἐχοντος ἀν
'Εμȣ προσαρκειν μηδεν. ȣ̀ γαρ οἰδα πȣ

'Αδελφος ἐςιν, ȣ̓δε πȣ τεκ☉ πονει
Κᾳπειτα των, ὡν ἀντεκυρσ', ὁδοιπόρων
Οὐκ ἀγροθ' εἰναι τȣτον εἰρηκως κυρει.
Μη ȣ̓ ταυτ' ἀρεσκει: μη γαρ ἀλλα κακως ἐχω.
Κτη. Παι, ἡμι, παι. Σ. τι φης. Κτ. τι δαι ζητει γερων;
Συρ. Και καρτα σε γε. Κτ. τί δαι; ϐαϐαιαξ. Σ. αὐ, σιγᾳ.
Δημ. Πως ἀν τοδ' εἰη; δηλονοτιη και κακ☉
Φυσιν σχεδον πεφηνα και κακȣμεν☉·
'Εμε παν ταραττει, πάντα διαλυμαινεται,
'Σγῳδα παντα, παν μον☉ φερω ϐαρ☉·
Συρ. Οὐχ οἱος εἰμι τον γεροντα μη γελαν,
'Ος γ' ȣ̓δεν εἰδως πανθ' ἑ φησιν εἰδεναι.
Δημ. Ζητων ἀδελφον αὐτ☉ ὡδ' ἐληλυθα.
Κτη. Παι, παι. Σ. σιγᾳ. μελλω ῥ' ἐγωγε πανθ' ὁραν.
Δημ. Κοψω θυραν ἰατταται δȣλ☉ παρα.
Συρ. Και μην μα την Δημητρα, κἀν ȣ̓τως ἐχοι
Οὐδεις ταλαιπωροιτ' ἀν, ὡς ἐγωγε περ.
Δȣλ☉ περ ὡν μεμψιν δικαιαν μεμφομαι.
Δημ. Ποσ' ἀττα; ληρει καρτα ληρον ȣ̓τοσι,
'Αττ' εἰπες, ὠ' γαθ'; ἀρ' ἀδελφος ἐνδον; Σ. ἀ.
Μη σκωπτε μ'. ὠ' γαθ'; ἀτταται. Δ. κακως γ' ἐχεις;
Συρ. Πονηρ☉ ὁγε και παμπονηρ☉ ὡν ϐροτων
'Ως τȣδε τἀνδρ☉, εἰτα παρθενȣ τινος
'Εχει παταξας πυξ δυσωνυμον καρα.
Δημ. Πυξ; παρθενȣ; παταξεν; ȣ̓ μαινοιο γε;
Συρ. Οὐκ ἀν ϐλεποιης ὡς πανȣργος ȣ̓τοσι
Σος παις γε μȣ 'ξεκοψε τω γναθω δυω;
Δημ. Τι γαρ; Σ. ὡς ἐμȣγε ταυτα δραν πεισαντος. Δ. ȣ̓
Σὺ γ' ἀρτι ναιειν αὐτον εἰπας ἀγροθι;
Συρ. Ναι, δεσποτ', ἀλλα θαττον αὐτον ἐϐλεπον
Τον ἀγριοποιον κομποφακελορρημονα.
Δημ. Εὐ, γενναδας. Σ. πως; Δ. πως γαρ ȣ̓χι γενναδας,
Φυσιν κατεικασθεις γε και ϐιον πατρι;
Συρ. 'Αλλ' ἀν σιγᾳν μαθοι, σαφ' οἰδ'. Δ. εὐ, παιδιον.
Συρ. Γελοιον. ὁς δȣλȣ λαρυγγ' ἀν ἐκτομοι
Μολις ἀντιλεγειν οἱȣ τε, μων ȣ̓τος καλος;
Δημ. Και φερτατος γαρ. ἀρ' ἀδελφος οἰκοθι;
Συρ. 'Εγῳδα. κȣκ ἀν πȣ τοπȣ κυρει φρασω.

Digitized by Google

Δημ. Τι δαι; κοδαλε; τι φης, κακηργε; Σ. φημ' ἐγω.
Δημ. Και μην παταξαιμ' ἀν γναθον σε τημερον.
Συρ. Ἐ ἰ ἰ ἰ ἰ ἰ. τοπον φρασω, κὰ τἐνομα.
Οὐκ οἰδα γαρ και πως; Δ. τοπον ῥ' εὐθυς λεγε.
Συρ. Ἀρ' οἰσθα δηπε πανδοκευτριαν κατω;
Δημ. Πως ὲ γαὰρ; Σ. ὡς ἀν τηνδε παραδαιης ὁδον,
Καταντες, εἰσορων ἀν ἀντικρυς τυχοις,
Κἀκει σε. Δ. ποι δητ' ἀν τραποιμι μ'; Σ. ὡς ἀνω
Σχεδον προσηλθες ῥιπτε και συ σαυτον. ἐς
Την δεξιαν βλεποις ἀν ἀλσος τε θεων.
Κἀκει ϛενωπος ἐς' ἀπ' ὀμματων φροσω.
Δημ. Οὐκ οἰδα. Σ. μυῤῥινωνα πανυ παρ' εὐσκιον.
Δημ. Ἀνοδ☉ γαρ. εἰτα πως περαιωθησομαι;
Συρ. Ναι, ναι. τις ἀν μωρον μ' ἀν ἐκ εἰποι κλυων.
Αὐθις ἀπαξαπαντα σοι μελλω φρασειν.
Βαδιϛεα γ' ἐς πανδοκευτριαν παλιν.
Ἀρ' οἰσθα τἀνδρος Εὐκρατε γε; Δ. πως γαρ ὲ;
Συρ. Τετον ῥα παραβας εἰς ἀριϛερ̀αν ἰτω
Κατωθεν. ἀλλα μην ὁταν λυκοκτονε
Θεε παρηλθες, αὐθις εἰς την δεξιαν.
Πρυη πυλην δ' ἡκειν παρα κρηνην πανυ,
Βλεψεις μεν ἀρτοπωλιον, τα δ' ἀντικρυς
Τε τεκτονος, κἀκει κασιγνητος πονει.
Δημ. Τιη γε δρα ποθ'; Σ. ἀτἶα νιν κλιντηρια
Ποιειν κελευει, συμμετρα γε ὡς πινειν.
Δημ. Πινειν ταχ' ὑμας; Σ. ἀρα μη ὲ καλως ἐχει;
Δημ. Παυσαι λεγων χρη. θατἶον ἐν βαδιϛεα.
Συρ. Γελοιον. ἀπολοιμην ἀν εἰ μη δως δικην.
Ἐγω τι ποιησω; τε γαρ εἰκοτος περα
Ἀπεϛιν Αἰσχιν☉· το δειπνον τετοῖ
Ἡμελλε καιειν. χὴ τραπεζ' ἐσηρετο.
Ὁ Κτησιφων δ' ὁλως ἐρωτι μαινεται.
Ἀλλ' ἐνδον εἰμ' ἀπαντα συλληβδην καλα
Περικυλισων μοι δαψιλως. κ' οἰνον ῥοφων
Ἡμαρ παρελξω τογε γλυκυτατον ἡρεμα.

Anno Ætat. 16.

Digitized by Google

ANAPÆSTI ARISTOPHANEI.

Καθαπερ βιοτος φασιν δηπθ τοις ανθρωποις διακειται,
Πας σκηνοβατει και κωμωδει πας τις κωμῳδιαν ανηρ.
Αλλα γαρ ὡς τ᾽ θεατρον παραβαν πρωτον το βρεφος προλογιζει,
Και παππαζον, και τραυλιζον, κ᾽ αιει χαμαδις πτερυγιζον.
Κατα χελωνης βημα τι παιδιον ὡς φρονιστηριον ἑρπει,
Στωμυλλομενον και βιβλοφορον, κ᾽ ἡωω σιλβον ἐρευθει.
Αλλα κινυρομενῳ τοτ᾽ ἐρας ης, κ᾽ οικθ θριγκοισιν ἐρεισθεις,
Νυκτωρ ἀδει παρακλαυσιθυρον πρῳ ἐπισκυνιον γε κορισκης,
Κ᾽ αὐτην ἱματιων θωπευει δαπαναισιν ποικιλομορφων,
Μηπωγ᾽ ὀμβρων, μητ᾽ αν χιονῳ, μητ᾽ αν νυκτῳ μελετωη.
Δασυπωγων μεν ἐπειτα λοχαγῳ μεγα τι στρατιον τ᾽ ἐπιορκει,
Και δοξολογει πολλα μεν ἐν γη πολλα δ᾽ ἐφ᾽ ὑγρα πιτυλευσας,
Αιει δυσκολῳ, αἰεν ἀγροικῳ, κ᾽ αἰει τα σπλαγχν᾽ ἀγαναχτων,
Καἰει ζητων ἐπι τθ ξιφεῳ φημης κλεος εἰκελονειρον.
Ποτνιῳ δ᾽ ἀρα πωγωνι δικαστης γαστρωδης και παχυκνημος,
Και μυτιλωτων ἐμπλησαμενος, των τ᾽ ὀψων, των τε λαγωων,
Ἐπι τοις ἀλλοις σεμνοπροσωπει και τη γλωττῃ πολεμιζει.
Ὑποκωφον δη και σφηκωδες, λημων τε γεροντιον ἑρπει,
Και ποππυζει κ᾽, ἐδε προ πολλθ κεκραξιδαμαν, πανυ γρυζει.
Δραμα παλιμπαις πρεσβυς κλειει σεμνον τοδε και τερατωδες
Χωρις βλεφαρων, χωρις ὀδοντων, χωρις δηπθ βιοτειας.

Anno Ætat. 16.

Digitized by Google

CAPUT V.

De Carmine Latino.

NULLA in re feliciùs Græcos imitati ſunt Romani, quàm in carminibus; non illa dico Pindarica, tubæ quàm lyræ aptiora, ſed Alcaica, Anacreontea, Sapphica, quorum & numeros & venuſtates, meliùs quàm dici poteſt, effinxit Horatius. Hoc poematis genus adeò mihi quondam placuit, ut inciperem juſtum carminum volumen contexere, quorum alia è veterum Lyricorum relliquiis, alia è poetis Aſiaticis, alia è recentioribus, libare ſtatueram, alia denique à meo, quantulumcunque eſſet, ingenio depromere; ſed eadem ferè majora ſtudia, quæ me impedierunt, quo minùs Limona hunc, ut vellem, perficerem, lyræ ac Muſis vacare non permiſerunt. Quatuor ſolùm carmina huic libello ſubjungere volui, ſub ficto A. Licinii nomine, qui Ciceronis in re poeticâ magiſter fuit: in horum ſecundo *Sapphûs in Venerem* notiſſimum carmen ſum imitatus; in tertio, Oden eandem converti, quam, in capite *de Epigrammate Græcorum*, Græcè redditam expoſui: id verò, quod *ad Lælium* inſcribitur, miſſum eſt, propè decem abhinc annis, ad amicum quendam mihi in primis carum, cujus ſororibus latrunculos luſorios ex ebore atque ebeno tornatos dederam.

Digitized by Google

CARMEN I.

AD VENEREM.

Oro te teneri blanda Cupidinis
Mater, cæruleis edita fluctibus,
Quæ grati fruticeta accolis Idali,
Herboſamque Amathunta, & viridem Cnidon,
Oro, Pyrrha meis cedat amoribus,
Quæ nunc, Tænariâ immitior æſculo,
Mœrentis Licinî ſollicitum melos
Ridet. Non liquidæ carmine tibiæ,
Non illam Æoliis illacrymabilem
Plectris dimoveat, lenis ut arduam
Cervicem tepidum flectat ad oſculum.
Quantum eſt & vacuis nectar in oſculis!
Quòd ſi carminibus mitior applicet
Aures illa meis, ſi (rigidum gelu
Te ſolvente) pari me tepeat face,
Te propter liquidum fonticuli vitrum,
Ponam conſpicuo marmore lucidam,
Te cantans Paphiam, teque Amethuſiam
Pellam gramineum ter pede ceſpitem,
Tum nigranti hederâ & tempora laureâ
Cingam, tunc hilares eliciam modos:
At nunc me juvenum prætereuntium,
Me ridet comitum cœtus amabilis;
Et ludens puerorum in plateis cohors
Oſtendit digitis me, quia langueo
Demiſſis oculis, me, quia ſomnia
Abrupta haud facili virgine ſaucium
Monſtrant, & violâ pallidior gena.

Digitized by Google

CARMEN II.

AD EANDEM.

Perfido ridens Erycina vultu,
Seu Joci mater, tenerique Amoris,
Seu Paphi regina potens, Cypriquè
Lætior audis,
Linque jucundam Cnidon, & coruſcum
Dirigens currum, levis huc vocanti,
Huc veni, & tecum properet ſoluto
Crine Thalia.
Jam venis! nubes placidi ſerenas
Paſſeres findunt, ſuper albicantes
Dum volant ſylvas, celereſque verſant
Leniter alas.
Rurſus ad cœlum fugiunt. Sed almâ
Dulcè ſubridens facie, loquelam
Melle conditam liquido, jacentis
Fundis in aurem.
" Quâ tepes, inquis, Licini, puellâ,
" Lucidis venanti oculis amantes?
" Cur doces mœſtas reſonare lucus,
" Care, querelas?
" Dona ſi ridet tua, dona mittet;
" Sive te molli roſeos per hortos
" Hinnulo vitat levior, ſequetur
" Ipſa fugacem."
Per tuos oro, Dea mitis, ignes,
Pectus ingratæ rigidum Corinnæ
Lenias. Et te, Venus alma, amore
Torſit Adonis.

Digitized by Google

CARMEN III.

AD LÆLIUM.

Veſtimenta tuis grata ſororibus,
Et donem lapides, quos vel alit Tagi
Fluctus, vel celer undâ
Ganges auriferâ lavit,
Læli, ſi mea ſit dives opum domus.
Quid mittam uſque adeò? Scilicet haud mea
Servo carmina blandis
Nympharum auribus inſolens,
Quarum tu potior pectora candidis
Mulces alloquiis, te potiorem amat
Muſa, utcunque puellæ
Pulſas Æoliæ fides.
Quin illis acies mittere commodus
Tornatas meditor, quæ bicoloribus
Armis conſpiciendæ
Bella innoxia deſtinant,
Qualis propter aquas aut Lacedæmonî
Eurotæ gelidas, aut Tiberis vada,
Cornicum manus albis
Nigrans certat oloribus.
Cur non ſub viridi ludimus ilicis
Umbrâ ſuppoſiti? Dic veniat genis
Ridens Lydia pulchris,
Et ſaltare decens Chloë:
Dic reddant mihi me. Ludite, virgines;
Me teſtudineis aut Venerem modis
Dicente, aut juvenilis
Telum dulce Cupidinis.

Digitized by Google

CARMEN IV.

AD LUNAM.

Cœli dulcè nitens decus,
Lentâ lora manu, Cynthia, corripe:
Pulchræ tecta peto Chloës,
Et labrum roſeo nectare ſuavius.
Non prædator ut improbus,
Per ſylvas propero, te duce, devias,
Nec, dum lux radiat tua,
Ultricem meditor figere cuſpidem.
Quem tu, mitis Amor, ſemel
Placatum tepidâ lenieris face,
Illum deſeruit furor,
Et telum facili decidit è manu.
Nec delicta per & nefas
Furtiva immeritus gaudia perſequor;
Blandâ victa Chloë prece
Peplum rejiciet purpureum libens.

Digitized by Google

CAPUT VI.

ELEGANTEM Callimachi ὕμνον, qui inſcribitur *ad lavacra Palladis*, verſibus elegiacis Latinè reddidit Politianus, numeros & exemplum Catulli imitatus, qui ejuſdem poetæ de comâ Berenices ποιημάτιον verterat. Nos autem, anno ætatis decimoſeptimo, priuſquam Politiani *Miſcellanea* legeramus, eundem Callimachi hymnum verſibus Glyconicis adumbravimus, Catullianum dicendi genus, quo uſus eſt in Epithalamio, imitati.

Saltuum viridantium
Filiæ, genus Inachi,
Virginum chorus adſit huc,
Huc adſit, tenerum albulo
Ceſpitem pede pellens.

Audion'? an amabili
Dulcè ludor imagine?
Audio, nemus avium
Funditùs fremit, & bonâ
Prodit alite Pallas.

Quare age, huc aditum refer,
Et ſalire paratum habe,
Turba, Palladis in fide.
Eja, flexile tinnulâ
Voce concine carmen!

Digitized by Google

Non Minerva priùs lavit
Quàm ſuâ roſeâ manu
Mollicella latuſcula
(Perfundens gelidâ jubas)
Deſpumârit equarum;

Et perterferit aurea
Colla, myrteolum gerens
Gauſape, ac ter & amplius
Moverit teneram manum
Subter ora, ſub armos.

Huc adeſte, puellulæ:
(Jam videntur) at haud onyx,
Haud amaracinum (melos
Dulce tibia ſuccinit)
Haud amaracinum adſit:

Odit Pallas amaracum;
Haud adſit ſpeculi nitor,
Pallas haud ſpeculi indiget,
Nempe ubi ad Phrygium Idali
Arbitrum Dea venit,

Illa non placidum mare,
Nec pellucidulos lacûs
Finxit inſpiciens comas;
Nec decora politulum
Conſuluit orichalcum.

At cincinnuli identidem
Unam bellula fimbriam
Tranſmovit Cythereïa,
Ad glabrum ſpeculi vitrum
Uſquequaque renidens,

Digitized by Google

Pallas haud ita: ſcilicet
(Quales per cava Tænari
Gemellæ juga ſtellulæ)
Gramina, & pede pervolat
Intactas levi ariſtas.

Quin abhinc aditum refert,
Dum, velut ſylüæ comæ,
Crinis luxurians fluit
Hic & hic bene-olentibus
Unguentatus olivis.

Tunc ah! tunc dea, virgines,
Ora floridula & genas
Haud minùs rubet, ac roſæ
Vel flos purpureæ teres,
Vel ridens melimelum.

Prodeas, dea caſta, ſis;
Audin' audin' ut integræ
Succinant tibi virgines,
Ne lavatum aliorsúm eas?
Prodeas, dea caſta.

Prodeas, dea caſta, ſis;
Pedes, innuba, transfer huc:
Huc veni: huc refer ægida:
Et ferrugineam arduæ
Caſſidis quate criſtam.

At cave, upilio, bibas
Has aquas hodiè; cave,
Vacca, tute ſitim leves:
Urnulam fer, aquarie,
Fontes ad Phyſadeæ.

Digitized by Google

Nempe defilit è jugis
Muſcoſis hodiè Inachus;
Floſculos, viden', irrigans
Defluit liquido pede,
Amne lucidus aureo.

Jam lavis, dea, jam lavis;
Paſtor, tu quoque nudulam
Decernas cave Pallada.
Ecquiſnam, (miſer ah miſer!)
Te cernet, dea, nudam?

Pandite oſtia, januæ:
Interim organicis modis
Suave neſcïo quid lubet
Inter ludere virgines.
Pandite oſtia, valvæ.

Olim nympha, puellulæ,
Caſtæ perplacuit deæ;
Mater Tireſiæ, integræ
Mentis, & viridiſſimo
Uſa flore juventæ:

Quacum ludere, quam tenere
In molli gremio fovens,
Quam curru vehere arduo,
Quoi verba edere blandiens
Dulciora ſolebat.

Non chorus, neque erat deæ
Matutina locutio,
Nec fragrans oleæ nemus,
Nec ſol veſperi amœnior
Caræ voce Chariclûs.

Digitized by Google

Fruſtra! nam dea mollia
Suræ tegmina cereæ
Tollens, lavit in undulis,
Frigerans ubi temperat
Sylvulas Aganippe.

Jam tum tempora Sirii
Peſtilentia retulit
Æſtas polverulentior;
Et ſilentium amabile
Montis denſa tenebat

Forte tum Chariclûs puer
Multo cum cane, non ſine
Centeno hæduleo, genas
Vix lanugine veſtiens
Nigriore glabellas,

Sub dio vagus huc & huc,
Ac toſtus ſite guttura,
Ad ſacrum laticis caput
Proh pudor! tulit haud bonum
Haud bonâ alite greſſum.

At pudoricolor dea
" Ecqua te mala mens, ait,
" O miſelle puer, rapit?"
Dixit; ille adeò tremens
Mœſtâ voce receſſit.

Caligare oculi ſtatim;
Genua ſuccidere: artubus
Senſim obrepere flammula:
Et tractim auriculæ ſono
Tintinare ſuopte.

Digitized by Google

Tum puella, " Quid inquiit,
" Quid facis, dea, quid geris?
" (Me fugit ratio mea)
" Ecquid commerui? mihi
" Filium malè perdis.

" O fontes, nemora, & lacûs
" Puri, O mons Heliconeus
" Non amabilis amplius.
" Occidunt puer, ah puer,
" Candidi tibi ſoles.

" Ah ſemel, ſemel occidit
" Lux tibi: & cadis immerens,
" Immerens cadis, ultimi
" Floſculus velut hortuli
" Suppernatus aratro."

Talis per ſalicis comas
Inſolabiliter melos
Integrans lacrymabile,
Abſumptos Ityli dies
Daulias gemit ales.

At ſubriſit amœniter
Compellans dea virginem,
Flere deſine; quid gemis?
Tandem mollicularum, age,
Siſte lacrymularum.

Deſine: ecquod enim feras
Commodi haud bene noſcitas;
Quid fles, nympha? licet tibi
Dulci amaritie tuos
Temperare dolores.

Digitized by Google

Filio ſed enim dabo
Longum aruſpicium tuo,
Unde quem ſibi, quem tibi
Sortem dii dederint ſciat
Augurarier audens.

Hoc ut dixerat, annuit;
Approbantior annuit
Alma progenies Jovis.
Jam redis, dea, jam redis:
Claudite oſtia, valvæ.

Claudite oſtia, januæ;
Serta ſpargite, virgines:
Proin tu caſta domos, dea,
Argoas ope ſoſpitans
Bonis omnibus opple.

Digitized by Google

TOTIUS VOLUMINIS

EPILOGUS.

AD MUSAM.

VALE, *Camena*, blanda cultrix ingeni
Virtutis altrix, mater eloquentiæ,
Linquenda alumno eſt laurus & chelys tuo.
At, O Dearum dulcium dulciſſima,
Seu *Suada* mavis ſive *Pitho* dicier,
A te receptus in tuâ vivam fide:
Mihi ſit, oro, non inutilis toga,
Nec indiſerta lingua, nec turpis manus!

END OF THE FOURTH VOLUME.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MAY 28 1936

Digitized by Google